DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

De

AGGRAVATIONE DELICTORUM,

Quam

AUXILIANTE SUPREMO NUMINE,

Ex Auctoritate & Decreto Inclyti Ordinus Juridici in Celeberrima SALANA,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SUB PRÆSIDIO

VIRI

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI ET EXCELLENTISSIMI,

DN. CHRISTOPH. PHILIPP. Richter/ JC. Celeberrimi, Com. Pal. Cæſar. Conſiliarii Saxonici Eminentiſſimi, Decretal. Prof. Publ. Facult. Juridicæ Ordinarii meritiſſimi, Curiæ Provincialis, & Scabinatûs Aſſeſſoris Primarii, Splendidiſſimi,

Domini, Patroni ac ſtudiorum ſuorum Promotoris devotè devenerandi,

PRO LICENTIA

Summos in Utroq; jure DOCTORIS Honores, Privilegia, & Immunitates ritè ac more Majorum capeſſendi,

publicè & ſolenniter ventilandam exhibet

CHRISTOPHORUS Feidler/ Grethz. Friſ. Orient.

Ad d: Jun. horis ante- & pomerid.

JENÆ, Typis JOHANNIS WERTHERI, cIↃ IↃcLXIV.

CELSISSIMO AC ILLUSTRISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO,

DN. GEORGIO CHRISTIANO,

PRINCIPI FRISIÆ ORIENTALIS, COMITI IN RITTBERG, DOMINO IN ESENS, STEDESDORF ET WITTMUNDT, &c.

Principi ac Domino meo Clementiſſimo, felix Regimen & Salutem conſtantem!

CELSISSIME PRINCEPS, DOMINE GRATIOSISSIME,

EBERHARDUS Dux ac Heros VVirtenbergenſium quondã incõparabilis, in eo, quod Sibi in uniuscujusq; ſubditorum ſuorũ ſinu tutò dormire liceret, haud exiguã beatitudinis Civilis ponebat portionẽ. Gloria ſanè haud in muſtaceo quæſita! Felix etenim Is demum eſt Princeps, qui non odio aut metu, ſed amore ſubditorum ſuorum ſibi devincire noverit animos; Iſtiusmodi quippe ſubditi nihil priùs ſibi aut antiquiùs commendari patiuntur, quàm ut conſtans ſit ac ſecura Principis ſui beatitudo. Nec ſanè immeritò; Quum etenim Principes Deorum veluti fungentes officiis voluntarios appetunt labores, ideò, ut tutiſſimam ſubditis ſuis quietem præparare poſſint; impium omninò foret ac ingratum, ſi non &

hi

hi id ſummâ rursũ niteretur ope, ut humillima piaq; erga Principes ſuos, ceu vigilantiſſimos Patriæ ſalutisq; Ejusdem cuſtodes, gratitudine illuſtres veluti eminerẽt ac conſpicerentur. Iſtiusmodi Principe indigniſſimi planè ſunt, qui haud rarò, dum ea, quæ ad cõſtantem Patriæ ſalutem conſervandam exiguntur, improbi pariter ac ingrati ad funeſta proſilientes arma eandem contundunt penitus, tantumq; nõ ipſam Principis ſui tanquam perduelles aggrediuntur arcem. Quantam TUA CELSITUDO, Princeps ac Domine Clementiſſime, turbulento ac infelici Sacri non ſolùm Imperii Romano-Germanici, quod horrendis hodie immanes ac barbaræ Turcarum Tartarorumq; gentes implent terroribꝰ ac periculis, ſed & Friſiæ Tuæ, haud ultimæ Ejusdem portionis, ſtatu curam gerat, quantosque cum D. Imp. Juſtiniano in præfat. Novell. 114. appetat labores, ut ſalva ſit ſubditorum Tuorum vita ac ſecuritas, id ipſum Univerſus propemodum admiratur orbis. Meritô igitur id Tui maximè laborant ſubditi, ut promptiſſimo erga TUAM CELSITUDINEM obſequio commendatiſſimi, tutiſſimòsque TIBI meditantes jugiter ſinus VVirtenbergenſium ſi non ſuperent, exæquent certe, præconia. Non igitur imprudens ago aut importunus, Princeps ac Domine Clementiſſime, qui Diſputationem hancce meam Inauguralem Celſiſſimo Tuo Nomini conſecrare haud detrectaverim. Subditus ego Tuus ſum, isq; quod fortè haud ſine meâ dixero laude, humillimus. Me-

ritò propterea id operam do ſedulò, ut poſt DEUM, cujus benignitati tam gratioſum, haud ſine gratiſſimâ animi devotione, acceptum ferimus Principem, non niſi TUÆ CELSITUDINI omnes meos labores conſecrem ac conatus. Haud inclementi igitur, ſed ſereno Diſputationem hancce Inauguralem ac ſolennem intuearis vultu, eamque ceu fideliſſimum humillimi gratiſſimique TUI ſubditi teſtē TIBI offerri permittas, meque, ut alios, clementiſſimâ TUÂ digneris promotione, ſupplex pariter atque humillimus obteſtor. Vale Celſiſſime Princeps, Domine Clementiſſime. DEUM veneror animitùs, ut & CELSITUDINEM TUAM unâ cum Serenisſimâ CONJUGE ac PROLE, totaque adeò Illuſtrisſimâ Friſiorum Stirpe, conſtanti Regiminis tranquillitate, longævâ vitæ ſecuritate, exoptatisſimaque rerum omnium beatitudine Inclytam verè ac florentisſimam obſequioſisſimè venerari nobis liceat FELICITER! Dabam Jenæ, in Illuſtri ac Celeberrimâ Academiâ Salanâ, XII. Calend. Julii, ANNO M. DC. LXIV.

ILLUSTRISSIMÆ CELSITUDINIS TUÆ

Subjectiſſimus ac humillimus Cliens & Servus

CHRISTOPHORUS Feidler.

PROOEMIUM.

EO ſemper ſolidorum JCtorum cura intenditur laborque, ut, dum veram nobis non ſimulatam omni ope commendant Philoſophiam, ea doceant, quæ procul à veterum abſunt ſubtilitatibus, nilque niſi ludibriorum ac fabularum merentur nomina. *l.un.C. de nud. jur. Quirit. toll. l. unic. §.9. in t. C. de cad. toll. Proœm. Inſt.* §. *3.* ideoque ea vel maximè inſtillant, quæ in ipſis rerum obtinent argumentis, uſumq; aliquando in foro ſunt habitura. *Ab eo usq; tempore*, inquit eleganter JCtus per Germaniã Celeberrimus Dn. D. Richter, Præſes, Præceptor ac Mecœnas noſter omni filiali obſequio ſuſpiciendus, in Ep. Dedicat. Deciſ. noviſ. edit. *quo Profeſſoris Sparta mihi demandata eſt, hoc animo meo propoſitum fuit, huc omes curas & cogitationes intendebam, ut ſtudioſæ juventuti inſtillarem, atque ad ea illam quaſi manu deducerem, quæ ſunt utilia, uſu longo in judiciis, foris, & Collegiis iuridicis approbata, nõ quæ ſpecioſa quidem ſunt dicta, ac blanda ingeniorum lenocinia, interim uſu & utilitate caſſa, vanis ſpeculationibus obnoxia & intricata, quibus non niſi cum temporis & fortunarum diſpendio poteſt adhæreſcere juventus; quærant alii in muſtaceo laureolam, ego perrupi tenuia illa texta, ac propoſui hactenus ea, quæ faciunt non ad ſolidam modo ſed etiam ad utilem juris cognitionem.* Cujus Doctoris noſtri inſiſtentes veſtigiis non ſpinoſam quandam ac inutilem, ſed frequentia ſua maximè commendabilem

de Aggravatione delictorum ſelegimus materiam, quam ſolenni hac noſtra & Inaugurali Diſputatione eruditorum exponeremus diſquiſitioni. Nec verò ἀμήτορες ſimus, ideo eo progrediemur ordine, ut compilatorum Pandect. veſtigia ſequentes privata primùm, pòſt publica conſideremus delicta; ita tamen, ut ea, quæ ex hiſce ad illorum claſſem commodè referri poſſe videntur, iis aſſociemus. Faxis ſumme DOCTOR DEUS OPT. MAXIME, ut FELICITER!

CAPUT I.
DE
ETYMOL. HOMON. DIVIS. AC DEFINIT. DELICTORUM.

1 AGGRAVARE quid denotet, notiſſimum eſt, ut propterea operam perdituri haud inepte videri poſſemus diutius illi vocabulo inhærentes. Nihil enim aliud eſt, quam exaggerare, atrociusque
2 efficere delictum. Hoc unde dicatur non adeò quoque
3 difficile eſt; dicitur enim 1. à propoſitione *de*, quæ quandoque augendi, ut in dictione Depoſitum *l. 1. pr. ff. depoſ.* quandoque privandi vim habet, & tunc plerumque mutat ex toto ſignificatum dictionis, ut deſtruo, degener &c. vid. Calvin. *in Lexic. jurid. voc. De*, prior acceptio eſt hujus loci; 2. à verbo *linquere*, quod idem eſt ac deſerere. Qui enim delinquit, ille legum
4 præcepta deſerit & veluti relinquit; in eo quippe formale deli-
5 cti conſiſtit, ut ea, quæ à legibus ceu recta præſcribuntur, deſerat ac transgrediatur, Magnif. Dn. D. Struve / JCtus dudum Celeberrimus, Doctor ac Mecœnas noſter ſancte devenerandus. *Syntagm. jur. Civ. Exercit. 48. th. 3.* Non uno quoque modo acci-
6 pitur in LL. noſtris. Interdum enim generis loco ponitur, ut & crimina ſub ſe complectatur, *l. 1. l. 2. ff. de LL. l. 1. & 5. §. fin. ff. de pœn.* Nonnunquam vero ſtrictim ſumpta crimini opponitur

l.1. §. 1. C. de Vet. jur. enucl. l. 117. §. 18. ff. de Ædil. edict. add. Dn.
D. Struve/ *d. Exerc. 48. theſ. 13.* quod pluribus quoq; in Lectioni-
bus meis Curſoriis oſtenſum fuit. Prior ſignificatio nō poteſt non 8
hujus eſſe loci; Non etenim hîc tantum ea conſiderabimus, quæ 9
ſtrictè talia, ſed latiùs ita dicuntur, delicta. Quo ſenſu diſtinguun- 10
tur quoque in privata; extraordinaria; popularia; & publica;
Dn. D. Struv. *d. l.* Pac. *Iſag. ff. de Privat. delict.* vid. Anton.
Matth. *tract. de crim. cap. 3.* Privata autem delicta quatuor *in pr.
Inſt. de Obl. quæ ex del. naſc.* enumerat Imperat. Juſtinian. de
quib. vid. Dn. D. Struve/ *d. l.* add. Calvin. in Lexic. jurid. Voc.
Delicta. Definitur vero in genere delictum, quod ſit factum 11
in ſe illicitum, immediate extra ullius conventionis conſidera-
tionem contra legum prohibitionem ſponte commiſſum, quo
ad præſtandum quid patiendumve quis ſe obligat. *l. 25. §. 1. l. 4. ff.
de O. & A. pr. Inſt. d. t.* Dn. D. Struve/ *d. Exerc. theſ. 2.* Et ita de-
ſcribitur ad differentiam illius illiciti, quod per accidens ſaltem 12
incidit in facta per ſe aliàs licita nim. Conventiones, Dn. D.
Struve/ *d. l.* Ubi quoque ex Molina. de juſt. & jur. tract. 3. tit. 3. 13
D. 680. dupliciter illud fieri oſtendit: *primò; celebrando inju-
ſtum contractum cum aliquo, aliquodve injuſte eo contractu exigen-
do aut accipiendo; ſecundò, non implendo id, quod quis ex contra-
ctu, ſive principaliter ſive acceſſoriè præſtare tenetur.* Atque ita 14
hoc damnum contra initam conventionem; in delictis autem
extra conventionem immediatè contra leges infertur, & præter
illius damni reparationem, quatenus fieri poteſt, ob ipſam actus
etiam vitioſitatem & ἀνομίας, ad pœnam obligatur. Dn. D.
Struve/ *d. l. & Exer. 1. th. 42. 29. 31.* Nos itaque hac Inaugurali 15
noſtra σὺν Θεῷ videbimus, quomodo iſtiuſmodi delicta aggravari
ſoleant.

CAPUT II.
DE
INÆQUALITATE DELICTORUM.

COMMUNIA liciti illicitiq; principia unicuique innata & ex 1
ſimplici cognita eſſe ratione, nullus, niſi ἄλογος prorſus, in-
ficia-

2 ficiabitur. Quamprimum etenim in homine rectæ rationis
ſeſe uſus exſerit, isque nudos ſaltem, ex quibus jus naturæ con-
ſtat, intelligit terminos, ilicò quoque ipſa juris illius principia,
deductasque ex hiſce concluſiones, nullâ licet accedente infor-
matione, luculenter cognoſcit, uti ex B. Dn. D. Georgio Calixto,
pluribus oſtendit B. Dn. Frantzke *Comment. ad Pand. de Juſt. &*
jur. n. 105. add. Magnif. Dn. D. Struve/JC. per orbem Celeber-
rimus, Præceptor ac Patronus noſter filiali colendus obſequio *in*
3 *Syntagm. jur. Civ. Exercit. 1. theſ. 1. & 52.* Quamvis verò hæc
ita ſeſe habeant, tanta nihilominus complurium pravatas ani-
madvertitur atque malitia, ut, licet meliora videant probentque,
deteriora tamen rectæ rationis dictamini haud obtemperantes,
ſeque veluti ab obligatione juris naturalis eximentes, ut pluri-
4 mùm ſequantur. Dn. D. Struve/ *dict. theſ. 1.* Ceterùm non
uno id contingit modo; alii enim propiùs, longiùs verò alii ab
innata naturæ lege recedentes deprehenduntur, quo fit ut hi
gravioribus quàm illi privatam pariter ac publicam quietem
5 conturbent delictis. Nec enim cum Stoicorum facimus ſecta,
6 actus hominum morales æqualiter malos aſſerente. Videmus
ſanè haud paucos ſingulari quadam animi jucunditate, & liber-
rimè planè legum præcepta veluti deſpicere; cum è contra plu-
rimi reperiantur, qui non niſi inviti & ab externo, quod adeſt,
principio ad turpes legum transgreſſiones veluti rapiantur.
7 Sic gravius (1) peccat, qui ſpontaneo motu & quidem cum ele-
ctione contra legis prohibitionem agit, *l. 20. C. ad L. Corn. de*
Falſ. l. 31. eod. l. 7. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 14. C. ad L. Fab. de Pla-
giar. l. 3. ff. de injur. §. 18. Inſt. de oblig. quæ ex del. naſc. vel ſciens
volensque non niſi per quendam affectûs impetum legum vio-
lat juſſa. *l. 11. §. 2. l. 16 §. 2. ff de Pœn. l. 7. §. ult. ff. ad L. Jul. rep.* quàm
8 qui ſine electione ſeu culpa ſua tale committit. Dn. D. Struve/
Syntag. Jur. Civ. Exerc. 19 th. 13. & ſeqq. & Exerc. 48. th. 7. & 8. Ille
etenim perfectum, *d. l. 20. C. ad Corn. de Falſ. l. 31. eod. l. 7. ff. ad L.*
Cornel. de Sicar. & ſeqq. texx. hic verò imperfectum tantum
perpetrat delictum. Dn. D. Struve/*d. Exerc. 48. th. 7. & 8.* adeoq;
ſecundùm culpæ modum extraordinaria ſaltem coërcetur pœ-
na, *l. 16. §. 8. ff. de Pœn. l. 108. de R. J. l. 1. §. 3. l. 15. ff. ad L. Corn. de Sicar.*

Dn.

Dn. D. Struve/ *d. th. 8.* Anton. Matth. *de Crim. Prolegom. cap. 1. n 2. & ſeq.* Niſi ſingulariter ob latam culpam gravior, fuſtigationis puta. *l. 9. l. 11. de incend. ruin. nauf. l. 3. § 1. de Off. Præf. Vig. l. 2. in fin. de term. mot.* vel etiam capitalis dictetur pœna, uti fit in caſu abortionis aut amatorii dati poculi. *l. 38 §. 5. ff. de Pæn.* Dn. 10
D. Struve/ *d. th. 8.* Regulariter itaque in diſtinctione delictorum non tam factum, quam faciendi cauſa, id eſt, animus & voluntas delinquendi attenditur. Vinn. *in Comment. ad §. 1. Inſt. de Obl. quæ ex del. naſc.* Dn. Carpz. *prax. Crim. p. 1. q. 1. num. 18.* Aliàs 11
enim facile fieri poſſet, ut æqualia quis æſtimet culpoſum v. c. & doloſum homicidium delicta, quum ex illo facto æque quàm hocce eadem læſio ac diminutio rei familiaris afferri queat, Dn. D. Struve *Exerc. 1. th. 31.* quod impium non minus foret, quàm abſonum, quum delicta abſque dolo non committantur. Dn. Carpz. *prax. Crim. p. 3. q. 143. n. 11.* nec actus à nuda rei denominatione, ſed forma & effectu ejusdem judicantur, Magnif. Dn. Præſes *p 1. Deciſ. 64. n. 9.* (2) Gravius delinquit, qui re & facto ipſo 12
contra præcepta legum agit, quàm qui nudis ſaltem cogitationibus eadem transgreditur; & propterea quoque nemo earundem in foro Civili ſeu exteriori patitur pœnas. *l. 18. ff. de pæn.* 13
Licet fortè conceptum iſtiusmodi delictum ductus pœnitentia fuerit confeſſus; Magiſtratûs enim ſecularis poteſtas tanta 14
non eſt, ut ad ea, quæ adhuc in mẽte ſunt latentia, nec ullo modo in actũ quendã exteriorem prorũpuêre, poſſit extendi, uti pluribus & eleganter docet Franciſc. Suarez *de LL. lib. 3. cap. 13.* add. Dn. D. Struve *Exerc. 48 theſ. 4.* Non vero exinde cum Commu- 15
ni Dd. Schola concludimus, non internam ſed externam ſolummodo LL. noſtras Civiles intendere obedientiam; Quamvis 16
etenim illæ ſaltem de exterioribus hominum actionibus inque ſenſus incurrentibus diſponant, nec ea, quæ mente concepta ſolùm, punire poſſint. *d. l. 18.* per illam tamen de externis diſpoſitionem eorumque, quæ puniri poſſunt, correctionem utique intendunt iſtiusmodi cives, qui non ſolùm externè, ſed & cum animi quadam jucunditate unicuique ſuum non tantum tribuunt, ſed & delictis vitioſisque abſtinent actibus. *l. 1. §. 1. ff. de J. & J.* Quamvis non in unoquoque civium ille finis obtineri 17

 poſſit;

poſſit; illud etenim non intentioni LL. ſed perverſæ civium
18 malitiæ imputandum. Non igitur particularem, ſed univerſa-
lem juſtitiam ll. pariter ac jurisprudentiæ finem ſtatuimus me-
ritò cum Dn. D. Struve, *Exerc. 1. th. 42. 37. 9. & 14.* Arnold. Vinn.
in Comment. ad Inſt. de J. & J. n. 3. Sutholt. *Diſſ. 1. th. 25.* Sed hæc
19 ὡς ἐν παρόδῳ (3) Delictum quoque exaggerat reiteratio *l. 28. §.*
3. & 10. ff. de pœn. l. 1 ff. de jur. patron. l. 3. C. de Epiſc. aud. Nicol.
Reuſner. *libr. 2. Deciſ. 20. n. 6.* Ant. Gomez. *tit. de delictis c. 3.*
20 *num. 60.* Adeò ut etiam crimen alius non capitaliter punien-
dum propter reiterationem capitale interdum fiat, uti notat
Dn. Carpz. *prax. crimin. p. 2. q. 59. n. 30.* Par. de put. *in Tract.*
de Synd. in verb. pœna, c. 8. n. 13. Dan. Moller. *ad* Conſt. *Elector.*
21 *48. n. 1. p. 4.* Farin. *pract. crim. lib. 1 tit. 2.* (4) graviùs delinquit,
qui plenè planeque delictum conſummat, quàm nude illud ſal-
22 tem conatur. Cùm etenim in æſtimando delicto non tantum-
modo formalitas ſeu ἀνομία & vitioſitas actus, ſed & materia
ſive læſio ipſa vel maxime attendenda veniat, Dn. D. Struve/
23 *d. Exerc. 1. theſ. 31.* Ideo quoque conſumptum perfectumque gra-
vius eſſe delictum eo, quod tentatum ſaltem eſt, nemo
24 dubitabit; Conatus enim regulariter nullum importat da-
mnum, quod per coercitionem quandam externam vel Reip. aut
25 privato reſarciri queat. Nec punitur conatus, niſi ſequatur
effectus *arg. l. 18. de pœn. l. 19. ff. ad L. Corn. de Falſ. l. 21. §. 7. de furt.*
l. 1. in f. ff. quod quisq; jur. &c. Tiraquellus *de pœn. mitig. c. 38. 39.*
26 *& 40.* Gail. *de P. P. lib. 1. c. 14. n. 3.* Mynſing. *cent. 3. obſ. 9.* Quin
imò etiam in foro poli non tanta pœnitentia & pœna pro ſola
voluntate ſolove conatu, quanta pro ipſo facto imponitur, Ti-
27 raquell. *de pœn. temp. c. 40. n. 3.* Farin. *de homicid. q. 124. p. 1. n. 73.*
Ita quidem, ut non ſolum in atrocioribus delictis requiratur
delicti conſummatio, uti docet Marſil. *in l. 7. C. ad L. Corn. de Si-*
car. n. 15. Farin. *d. l. n. 17. 19. 37. & 40.* ſed etiam in atrociſſimis
ſtatuti pœna ordinaria non habeat locum, niſi idipſum fuerit
28 conſummatum. Tiraq. *d. tract. c. 37.* Farin. *d. l. n. 117.* Fictio etenim
in ſtatutis & iſtiusmodi delictis, ubi non de glande legenda aut
tritico legato, ſed vita & ſanguine hominis agitur, locum non
29 invenit, uti oſtendit Menoch. *caſ. 360. n. 180.* Diximus autem
regu-

regulariter conatum non puniri. Quando etenim lex vel ſtatutum conatum expreſsè puniendum jubet, & ad actum proximum quodammodo deventum, ita, ut quantum in agente fuerit, jam conſummatum ſit delictum, & à parte patientis tantum quid intervenit, quò minùs plenè fuerit perfectum, ſed inſtar conatus ſeſe habuerit, tunc ſane affectum puniri, etiamſi non fuerit ſubſequutus effectus conſtans Dd. eſt ſententia. Dn. D. Struve/*Exerc.48.theſ.5.* Matth. de Afflict. *deciſ.276* Hieronym. de Cæval.*in Comm,op.cont.com.q.540.* Ant. Gabriel.*lib.7. Comm. concl.1 n.9.* Præſertim ſi talia ſint delicta, quæ enormem Publicæ tranquillitatis turbationem importent. 30

Etenim cùm in ſocietate civili pacis ac tranquillitatis tantùm non ſuprema debeat eſſe lex, adeoque violatio etiam ejusdem graviter coercenda erit; non ſolum vero ipſo delicto conſummato, ſed etiam facto ac conatu ad iſtiusmodi crimina perpetranda directo inſigniter læditur illa ſecuritas, ideò meritò quoque ordinaria, crimine non inſequuto aut plenè perfecto, pœna eſt ſtatuta. 31

Ut in crimine læſæ Majeſtatis *l.5.C.ad L.jul Majeſt.* Menoch.*de A.J.Q. caſ.359.* raptus, *l.unic. C.de rapt. Virgin.* Veneficii, *l.3.ff. ad L.Corn.de Sicar.* Parricidii.*l.1 ff. ad L. Pomp. de Parricid.* Aſſaſſinii *c.1.de homicid.in 6.* aliisque delictis & caſibus, de quibus vid. Menoch. *d.caſ.360.* 32

Quod etiam conſuetudine, (præterquam in homicidio) modo conatus ad actum delicto proximum pervenerit, ſervari teſtantur Dn. D. Struve, *Exerc.48.th.6.* Dn. D. Carpz. *prax. crim. p.1. q.17. q.62. q.41. n.4. q.35. n.28. q.37. n.11.* Coler. *deciſ 167.n.104.* Confer. Dn. Ant. Matth. JC. quondam Gröningenſ. *de Crimin. l.48.tit.5.n.11. & Diſp.de crim. th.9.* Molin. *de J.& J tract.9.Diſp.24.* & *tract.2.Diſp.631.n.3.* 33

Quamvis nō deſint, qui generali conſuetudine leges conatum punientes abrogatas, & mitiùs eundem, quam ipſum factum puniendum eſſe docent; Clarus *lib.5.§.ult.q.92.* Ant.Matth.*de crim.c.3.n.10.& ſeq.* Vinn.*ad §.5. Inſtit.de publ.jud.* Specul. *tit. de Accuſ. conſ.356.vol.1 & in l.1. C. ad L. Cornel. de Sicar.* Böer. *deciſ.316.n.3.* Gutierrez. *in quæſt. Civil.lib.3.q.7.n.27.* Tiraquell. *de pœn.mitig.c.38.* Farinac. *de homicid. q.124.n.78. & n.84.* ubi illam conſuetudinem non ſolum in atrocioribus ſed & atrociſſimis criminibus obſervari 34

 teſtatur,

teſtatur, & Jul. Clarius id ipſum multis comprobat autoritati-
35 bus. Cœterùm nos vera hæc eſſe putamus, ubi talis viget con-
ſuetudo, quæ ſi non introducta eſt, & lex ſive ſtatutum expreſsè
36 conatum punit, regula Juris Civilis obſervanda erit. Hæc quo-
37 ad delictorum aggravationem in genere & veluti exempli loco
adduxiſſe ſufficiant. Pergimus itaque ad varias delictorum ſpe-
cies, in quibus gravitas iſtiusmodi magis apparebit.

CAPUT III.

DE FURTIS.

1 INTER privata delicta primo meritò loco tanquam frequen-
2 tiſſimum conſiderandum venit FURTUM. Non unâ autem
ratione hocce delictum aggravatur & veluti qualificatur, ut in-
3 terpp. loquuntur. Nobis pro inſtituti noſtri ratione ſuffecerit,
4 ſi pauciſſimas ſaltem veluti delibemus. Sciendum autem hîc eſt,
furtum de jure Civile capitale regulariter non eſſe, ſed, prout
vel manifeſtum eſt, vel non manifeſtum, ad reſtitutionem dupli
vel quadrupli furem actione furti teneri. *§. 5. Inſt. de oblig. quæ ex*
del. naſc. Dn. D. Struv. *Exerc. 48. th. 20.* Vinn. *in Comment. ad*
5 *d. §. 5.* Procedente verò tempore etiam hoc jure criminaliter
agi cœptum eſt, & publicæ vindictæ ergo extraordinariâ ani-
madverſione fures coërciti ſunt, pœnam ſtatuente judice pro
qualitate circumſtantiarum: eaque perſequutio criminis jam
tempore mediæ jurisprudentiæ frequentiori in uſu fuit, quam
6 actio furti civilis, ceu probat *l. fin. ff de furt.* Moderamen autem
attulit noviſſima ſanctione in *Novell. 134. c. ult. auth. ſed novo. C.*
de ſerv. fugit. Imp. Juſtinianus, qui cavit, ne pro furto vel mors,
vel ullius membri abſciſſio infligatur; ſed ut aliter fures, pu-
ta pœna pecuniaria, vel exiliô vel ſimili dictâ Conſt. non exce-
7 ptâ caſtigentur. Poſteriobus vero ſeculis ſeverius furti crimen
vindicari cœpit, idq; propter creſcentē hominū audaciā nimiáq;
furtorum frequentiam, ad quæ coercenda priſtinæ illæ pœnæ
8 mitiores ſufficere non poſſent. Conſtitutum igitur eſt à Fride-
rico I. *in c. un. §. 6. de pac. tenend. 2. F. 27.* ut is, qui quinque ſolidos

aut

aut plus valens furatus fuerit, laqueo ſuſpendatur. Sunt qui 9
hance pœnam ceu iniquam nimisque duram penitus rejiciunt,
ut Scotus *in 4. d. 15. q. 3.* Rivet. *in Explicat. 8. (vel, ſecundum no-*
ſtrates Theologos, 7.) præcep. Guil. Ameſ. *l. 5. de caſ. conſc. cap. 2.*
Bachov. ad Weſenb. *tit. de furt.* Dn. Ant. Matth. *de crim in l. 48. ff.*
tit. 1. c. 2. n. 6. quo cum etiam facere ejus quondam in illuſtri
Academia Gröningo-Omlandica Diſcipulum Nobiliſs. Dn. D.
Joh. Jacob. Wiſſenbachium *Diſp. jur. Civ. 41. th. 10.* tantum non
demiror. Rationes, quibus hi pugnant, valde lubricæ ſunt, 10
easque in conflictu examinandas relinquimus. Rectiùs igitur 11
ſentiunt, qui aliter ſentiunt, quibuſcum concordat Magnif. no-
ſter Præceptor Dn. D. Struve/ *Exerc. 48. th. 23. conf. Exerc 1. th.*
33. Vinn. *in Comm. ad d. §. 5. Inſt. de oblig. quæ ex del. naſc. num. 5.*
Renovata illa pœna eſt poſtmodum per *Ord. Crim. Carol. V. art.* 12
157. & ſeqq. Quibus tandem in Electoratu Saxon. Novell. Elect. 13
D. Auguſti, *p. 4. Conſtit. 32.* acceſſit, Georgius Schultz/ *in Synopſ.*
Inſt. de Obl. q. ex del. naſc. lit. C. ubi etiam explicat, quomodo illa
Conſt. Carol. intelligenda veniat. add. Dn. D. Struv/ *d. Exerc.*
48. th. 21. Vinn. *d. l. n. 3.* Aggravatur autem hoc delictum (1) rati- 14
one *modi:* ſi ſc. conjunctum ſit cum effractione quadam violen-
tâ. Committitur aûtem iſtiusmodi effractio, ſi fur armis in- 15
ſtructus tantam exercuerit violéntiam, quæ ſeditioni ac turbis
excitandis ſufficere poſſit, præſertim quum latrocinii quoque
metus hîc ſubeſſe præſumatur; qualem furem Carol. V. P. H.
O. *artic. 159.* einen geſtieſſenen gefährlichen Dieb appellat. Quod 16
autem hoc in furto ſeditio quædam oriri facilè poſſit, dubium
non eſt, cum utique publica hîc quodammodo vis adſit. Hæc 17
etenim à privata non niſi armorum detentione, geſtatione, uſu-
que violento diſtinguitur, armis etenim uti ſolius eſt Reip. Un-
de LL. XII. tabb. cum telo eſſe nemini privato permittebant.
Vinn. *in Comm. ad §. 8. Inſt. de publ. jud.* Dn. Petr. Theod. *Coll. Crim.*
Diſp. 6. th. 7. lit. D. Decian. *de Crim. l. 8. c. 2. n. 2.* Dn. Carpzov.
prax. Crim p. 3. q. 79 n. 6. 32. 33. Dd. *in l. 1. ff. de vi publ. l. 3. §. 1. ff.*
eod. Novell. 85. c. 1. 3. & ſeq. Ideo ſi effractio taliter peracta fue- 19
rit, ut ex eo ſeditio vel latrocinium veniat metuendum, vel fur
effractor reſiſtentem forte occiſurus præſumatur, daß einer vor

Gewaltigung oder Verletzung zu beſorgen. Ord. Crim. *art.* 159.
tunc quin pro non ſimplici ſed violento furto illud habendum
20 ſit, dubium non eſt; Hanc enim unicam ferè qualitatem
eſſe, quæ effractionem ſeditioſam faciat, delictumque hocce
21 aggravet, teſtis eſt Dn. Carpz. *d. q. n. 79 & 32.* Si igitur ad-
ſit animus & audacia furis & (1) ædes, fores clauſtraque bene
ac fortiter munita ingenti vi effregerit, inſignique ruperit vio-
22 lentia, & (2.) armis aliisque ad violentiam convenientibus in-
ſtrumentis in effringendis iis uſus fuerit, effractor erit violen-
tus; quorum ſi alterutrum defecerit, talis vix dicendus erit, ni-
ſi aliæ iſtum probent circumſtantiæ, quod judicis arbitrio re-
23 linquendum monet Dn. Carpzov. *d. q. n. 33.* Quum verò
certiſſimum ſit, furtum iſtiusmodi cum effractione commiſ-
ſum ſimplici longè eſſe gravius, & propter aperturam cum
violentia conjunctam aggravari. Proſper. Farin. *part. 7. oper.*
crim. q. 167. num. 27. Boër. *deciſ. 173. num. 14.* Dn. Carpzov. *d. q.*
79. num. 1. Menoch. *de arb. jud. quaſt. lib. 2. caſ. 299. num. 5.*
24 Ideò nullo reſpectu habito, aut conſideratâ rei furtivæ quantita-
te regulariter furca puniri ac coërceri ſolet. Berlich. *p. 5. concl.*
25 *43. n. 73.* Carpz. *d. l.* Et hæc pœna ſuſpendii in fures effracto-
res expreſsè ſtatuta reperitur P. H. O. *art. 159.* ibi: So iſt doch
der Diebſtal als obſtehet / gebrochen / oder geſtiegen wird / ein ge-
flieſſener gefährlicher Diebſtal; ſo iſt dem Diebſtal der mit Waf-
fen geſchicht / einer Vergewaltigung und Verletzung zu beſorgen /
darumb in dieſem Fall der Mann mit dem Strange ꝛc. geſtraffet
werden ſoll. & *art. 160. in fin.* ibi: Wo aber der Dieb zu ſolchem
Diebſtal geſtiegen / oder gebrochen / oder mit Waffen / als vorſte-
26 het / geſtohlen hette / ſo hette er damit das Leben verwircket. Hic
ſanè, nulla rei ablatæ quantitatis mentione facta, ſolam violen-
tam effractionem ſuſpendio coërcendam eſſe conſtituit Ca-
27 rol. V. Imp. Quam pœnam poſtmodum in Conſt. Elect. 32. §.
Weren denn ꝛc. p. 4. repetitam eſſe & confirmatam tradit Dn.
28 Carpz. *d. q. num. 10.* Ideoque in hoc violento furto cum effra-
ctione commiſſo, nequaquam rei ablatæ magnitudo aut valor
29 attenditur, ſed ipſa effractio violenta; adeoque ſi modicum
fuerit, quinque aureos Ungaricos, de quibus dicta Nemeſ. Ca-

rol.

rol. loquitur, nō abſolvens, ſi modo violenta probari poſſit effractura, pœna iſthæc locum habebit. Dn. Carpzov. *d. l.* Confirmant hæc porrò manifeſtè verba Ord. Crimin. *d. art. 159.* ibi: Solches ſey der erſte oder mehr Diebſtahl; auch der Diebſtahl **klein oder groß**. Quod ita quoque in praxi receptum eſſe, 30
etiamſi res furtivas Dominus recuperaverit, teſtatur Dn. Carpz. *d. q. n. 12.* Ita enim Quæſt. Coldic. Anno 1601. Menſ. Septemb. à Scabinis Lipſenſ. de jure fuiſſe reſponſum, ibidem aſſerit: Ob nun wohl der jenige/welchem berührtes Viehe dieblichen entwendet / ſolches in der Nachfolge wieder bekommen; Dieweil aber dennoch beyde Diebſtäle gefährlicher weiſe mit gewaltſamen Einbrechen geſchehen/ ſo wird er auch/woferne er auff ſeinem gethanen Bekäntnüs vor Gerichte freywillig verharren / oder des ſonſt/ wie recht/ überwieſen würde / nach Schärffe der Rechte mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtrafft und hingerichtet/ V. R. W. Imò etiamſi plures fuerint effractores fures, 31
omnes ac ſingulos, licet portio cujusque valorem 5. ſolidorum non attingat, laqueo puniendos eſſe haud obſcurè colligi poteſt ex Conſt. Carol. *art. 159.* Atque ita ad requiſitionem 32
Senat. Cold. Menſ. Mart. Anno 1582. & Quæſt. ibid. eodem anno Menſ. Aug. reſponſum eſſe docet Dn. Carpz. *d. q. num. 15.*
Notanter verò diximus, ſi effractio fuerit *violenta*, adeoque per 33
illam pax publica quodammodo turbata, tunc iſtiusmodi pœnam reo ſeu accuſato infligendam eſſe. Propterea conclu- 34
dendum omninò erit, ſimplicem effractionem cum iſtiusmodi violentia haud commiſſam pœnam ſuſpendii non mereri. Menoch. *de A. I. Q. lib. 2 caſ. 296. n. 13. caſ. 299. n. 4. & ſeq.* Proſper. Farin. *pr. Crim. p. 7. q. 167. n. 27.* Carpz. *d. q. 29. n. 4.* Boër. *deciſ. 173. n. 1. & 2.* Gomez. *de delict. c. 5. de Furt. n. 12.* Non itaque 35
pro fure effractore, & pacis veluti turbatore habendus erit, qui (1.) ſtabula, ædes ruſticas, vel alia loca minus munita rumpat, aut perfoſſo pariete ejectisve feneſtris invadat; Ibi enim 36
effractio non usque adeò peculiarem requirit violentiam, & à timidis quoque furibus haud rarò committi ſolet. Dicen- 37
dum itaque erit, iſtiusmodi fures, ſi rem quinque ſolidorum valorem non attingentem haud contrectaverint, à laquei pœ-

nâ im-

38 nâ immunes & liberandos eſſe. Et ita ſæpiſſimè in Sca-
binatu Lipſenſi pronunciatum teſtatur Dn. Carpzov. *d. quæſt.*
n. 35. Idem quoque *n. ſeq.* docet quotidiè à pœna laquei per
39 pronunciata Scabinorum eximi iſtos, qui (2.) ciſtas, vaſa, & ſi-
40 milia effringunt. Hæc enim fractura cum absque ſingulari
violentia manibus ſæpiſſimè committatur, ideò ceſſat hic pœ-
næ effractoris violenti ratio: vis ſcil. cum turbatione pacis
41 conjuncta quodammodo. Limitatur autem hæc regula:
niſi arca vel ciſta benè munita ingenti vi adhibitis armis aliis-
que inſtrumentis effractæ fuerint, tunc, etiamſi rem quinque
ſolidorum non abſtulerint, ſuſpendio puniendos eſſe iſtius-
modi fures teſtis idem eſt ſæpè laudatus Dn. Carpz. *d. q. n.* 38.
42 Idem quoque aſſerendum eſt de illis, qui (3.) Clave adulterina
ædes aut ciſtas aperiunt; cum enim hic procul omni dubio
pacis turbandæ metus ceſſet, utique & pœna mortis locum
habere nequit; niſi furtum quinque exſuperet ſolidos; tunc
etenim non propter effractionem vel aperturam, ſed rei furti-
væ quantitatem in Conſtit. Carol. determinatam laqueo puni-
43 tur. Atque ita quoque Quæſtori Diepoldiswald. anno 1626.
Menſ. Jun. Dnn. Scabinos Lipſenſes reſpondiſſe teſtatur Dn.
Carpz. *d. q.* 79. *n.* 141. Verba reſponſi ſunt hæc: Hat M. K. in
guten bekandt / daß er in Chur fürſtl Forbergen in der Nacht
durch ein Secret eingeſtiegen / den Pferde-Stall mit einem Die-
trich (i. e. clave adulterina) eröffnet / und daraus Pferde-Ge-
ſchirr / Getreyde / und ſonſten andere Sachen geſtohlen etc. ſo
wird er derowegen öffentlich billig zur Staupen geſchlagen / und
nach ausgeſtandener Leibesſtraffe des Landes ewig verwieſen /
44 V. R. W. Huc etiam (4.) denique illi pertinēt, qui in pagis con-
ſciſſis tectis ſtramineis, aut in oppidis tegulis evulſis, vel etiam
45 ſcalis admotis furta committunt. Hi etenim quoniam vim
non faciunt, nec cum violentia quadam, qua pax publica tur-
bari poſſit, effringunt, utique non immeritò à pœna effracto-
46 rum ordinaria immunes erunt. Ita tamen hoc ſemper in-
tellectum volumus, niſi furtum quinque aureorum Ungar. jux-
ta Ord. Crimin. vel 20. Joachim. juxta Illuſtrem hunc Scabina-
tum Jenenſ. Dn. D. Struve *Exerc.* 48. *th.* 22. vel majorem aut
mino-

minorem pro cujusque regionis moribus aut ſtatutis excedat ſummam. Tunc enim, ut jam ſupra *n.29.* à nobis monitum fuit, non propter aperturam, conſciſſionem aut evulſionem, ſed rei ablatæ quantitatem pœna laquei coërcentur. Aggravatur 47
(II.) hoc delictum ratione *Objecti*. Huc pertinet (1.) PLA- 48
GIUM. Definitur verò quod ſit crimen, puta publicum, quod committitur fraudulenta liberi hominis vel ſervi alieni, aliâs ſcil. quam ejus lucri faciendi cauſa, facta ſuppreſſione, Dn. D. Struve *Exerc. 49. th. 34.* Plerumque etenim ſupprimendo 49
hoc delictum committitur. *l.3. l.5. & l.6. ff. de L. Fab. de plag. l.2. l.5. l.9. l.14. C. eod.* Licet & aliis interdum modis puta vendendo, donando, permutando &c. perpetrari ſoleat. *l 1. l. 2. l. 4. ff. eod.* Quòd autem iſtiusmodi doloſa hominis ſuppres- 50
ſio furtis queat annumerari dubium planè non eſt. Etſi ete- 51
nim dominium aut poſſeſſio κατ' ἐξοχὴν ita dictum patri tribui non poſſit, *l. cum heredes. §. ult. ff. de acq. poſſ.* Quaſi ta- 52
men dominium in filio ipſi competit, utpote cum in illius, ceu ſervus in domini, ſit poteſtate; Et propterea quoque eidem 53
vindicatio ad rei, cujus verum habet dominium, ſimilitudinem competit. *l. 1. §. 1. ff. de R. V* Joh. Schneidew. *in §. 9. n. 1. Inſt. de ob. q. ex del. naſc. add. l. 14 §. 13. l. 37. & ſeqq. ff. de furt. l. 48. §. 8. l. 52. §. 23. ff. eod. §. 9 Inſt. de ob. q. ex d. naſc.* Pœna hujus 54
delicti ex ipſa L. Fabia tantummodo fuit pecuniaria. *l. fin. ff. de L. Fab. de plag. l. 6. C. eod. l. pen. §. 2. ff. eod.* Weſenb. *parat. ff. de L. Fab. de plag. n. 3.* Menoch. *de A. I. Q. lib. 2. caſ. 536. n. 5. & ſeqq.* Carpzov. *d. q. n. 88.* Proſp. Farin. *prax. crim. p. 7. q. 147. num. 97.* Quia liberum corpus nullam recipit æſtimationem. *l. liber homo* 55
ff. ad L. Aquil. abſque valore verò & æſtimatione pœna alias delicto ſtatuta non infligitur. *2. F. 27.* Ibique Nobiliſs. Dn. D. Schröter / JC. Celeberrimus, Decanus Inclytæ Facultatis Jurid. h. t. Spectatiſſimus, Præceptor ac Patronus devenerandus *in privat. ad texx. Feud. Collegio.* Et licet operæ ac ſervitia hoc 56
caſu æſtimari poſſent, quibus pater carere cogitur; attamen, quoniam illa incerta ſunt, ideò merito pœna capitalis ceſſat. Dn. Carpzov. *d. q. 88. n. 87.* Poſtea verò ipſo etiam jure Ci- 57
vili gravius, & nonnullis caſibus capite quoque puniri cœpit.

l. ult. ff. de L. Fab. de plag. l. ult. C. eod. §. 10. Inſt. de publ. jud. ibiq;
58 Arnold. Vinn. *in Comment.* Qui etenim celandi ſeu pri-
vandi animo liberos parentibus quo poſtea, ut hodie fieri aſſo-
let, certa pecuniæ ſumma, veluti λύτρον & redemptionis preti-
um ſibi perſolvatur, illi ſanè quin capitali debeant ſubjugari
pœna, dubium planè non eſt. *l. fin. C. de L. Fab. de plag.* Dn. Stru-
ve *d. l.* Dn. Carpz. *d. q. 83. n. 89.* Georg. Schultz *Synopſ. Inſt. de*
59 *publ. jud. lit. Z.* Jure divino id minus dubii habet, propter
expreſſum text. Deuter. XXIV. 7. quem B. Luth. ita vertit: Wenn
jemand funden wird / der aus ſeinen Brüdern eine Seele ſtielet
aus den Kindern Iſrael / und verſetzet oder verkaufft ſie / ſolcher
Dieb ſoll ſterben / daß du das böſe von dir thuſt. add. Exod. XXI. 17.
Schultz *d. l.* Dn. Carpz. *d. l.* Vinn. *in Comm. Inſt. ad d. §. 10. de*
60 *publ. jud.* Quod transſcriptum eſt in Decretalibus Gregor.
61 IX. *c. qui furatur hominem. ext. de furt.* Et ita quoque in fo-
ro Saxon. receptum eſſe ex Petr. Heig. notat Dn. Carpzov. *d. q.*
n. 90. ubi quoque ex Chronic. Miſnenſ. Petr. Albini *p. 1. c. 21.*
Hiſtoriam plagiarii Conradi à Kauffung / qui ſuperioribus
ſeculis anno ſcil. 1455. Duos Principes domus Saxon. fulcra,
Erneſtum ſc. & Albertum (unde hodiè utraque illa Erneſtina
& Albertina linea) Friderici II. Electoris Saxon. Cognomento
Placidi filios ex arce Altenburgenſi, tum temporis ſede Electo-
rali abduxerat, refert. Qui tamen, recuperatis ſtatim Princi-
62 pibus, ultimo ſupplicio Fribergæ affectus eſt. Eandem quo-
que pœnam in univerſo Imperio Romano-Germanico in vali-
dâ eſſe obſervantia teſtatur Schultz. *d. l.* Petr. Theodor. *Coll.*
Crim. Diſp. 9. th. 8. lit. C. add. Conſt. de pac. publ. vom Landfrie-
63 den. tit. Wie gegen denen etc. Quin imò non tantum ipſos
plagiarios, verùm etiam illos, qui, licet ipſi non commiſerint
crimen, ſed ſaltem reticuerint, & plagiarios receperint, graviter
puniendos eſſe ſequens Scabinorum Wittebergenſ. anno 1566.
Menſ. Jan. pronunciatum luculenter probat: Hat A. K. (pla-
giarius ſc. ipſe) in ſeinem Bekäntnüß ſelbſten geſtanden / daß der
gefangene Kutſcher zu der Abführung keinen Rath gegeben etc.
ſo erſcheinet aus obangeregten Urſachen ſo viel / daß gedachter
gefangener Kutſcher mit der ordentlichen Todesſtraffe billig ver-

ſcho-

ſchonet bleibet; Er wird aber gleichwohl von deswegen / daß er
dieſe Verbrechung ſo lange verſchwiegen / und den einen Thä-
ter P. S. geherberget/ mit ewiger Landesverweiſung in Straff
genommen. V R. W. Illos verò, qui conſilium plagiariis 64
præſtant & auxilium, quemadmodum aliàs in ſimplici furto. §.
11. Inſt. de obl. quæ ex delict. naſc. Dn. D. Struve *Exerc. 48. th. 12.*
Vinn. *in Comm. ad d. §. 11. n. 16. & ſeqq.* veluti complices ad pa-
ria tenentur, eadem gladii pœna teneri rectè tradit Petr. Heig.
p. 2. q. 32. n. 54. & 55. & ex eo Dn. Carpz. *d. q. n. 93.* ubi hanc ſen-
tentiam eleganti confirmat præjudicio. Pertinet huc (2.) 65
Sacrilegium. Non uno autem modo hoc accipi ſolet. Non-
nunquam etenim & quaſi ſacrilegium eſt rei, non quidem ſim-
pliciter ſacræ, ejus tamen, quæ pro ſacrâ habetur, violatio ac
contemptus; ut Conſtitutionum Principum. *l. 1. C. de Crim. Sa-
cril. l. 6. C. Theod. de Appell. l. 1. C. ut dignit. ordo ſervet. lib. XII.*
Diſputatio de poteſtate Principis. *l. 3. C. de crim. ſacrileg.* Dec.
conſil. 588. num. 2. Cravett. *conſ. 241. n. 2 & 3.* Diſputare, an
judex, quem Princeps elegit, idoneus ſit, nec ne? *d. l. 3. C. de cri-
min. Sacril.* Vultej. *in jurisp. Rom. lib. 1. c. 46.* Quin imò ad a-
lia quoque crimina & offenſionem clericorum extenditur. *c. ſi
quis ſuadente.* §. *17. q. 4.* Decian. *tract. crim. lib. 1. c. 35.* Dn. Carpz.
pract. Crim. p. 2. q. 89. n. 1. Bocer. *de Furt. c. 2. n. 1.* Propriè 66
verò & *κατ' ἐξοχὴν* furtum in loco ſacro & rebus Deo ſacratis
commiſſum ſignificat. *l. 4. pr. §. 1. l. 9. §. 1. l. 11. §. 1. ff. ad L. Jul.
pecul. Dn. D.* Struve *Exercit. 49. theſ. 79. Dn.* Carpzov. *d. q. n. 3.*
Ut autem verum committatur ſacrilegium, duo de jure Civil. 67
requiruntur (1.) ut res ſit ſacra, (2.) ut è loco ſacro ſit ablata.
Hinc ſi res ſacra à ſciente eſſe talem, *Dn.* Struve *d. l.* è loco pro- 68
fano, aut profana è ſacro auferatur, hoc jure non ſacrilegium,
ſed ſimplex erit furtum. *l. 5. ff. ad L. Jul. pecul. l. 3. C. de Furt.*
Dn. Struv. *d. l.* Menoch. *de A. I. Q. caſ. 389.* Dn. Carpzov. *d. q.
n. 4.* Secus verò eſt de jure Canonico. Ibi enim triplex Sa- 69
crilegii proponitur ſpecies. (1.) quando ſacrum de ſacro, (2.)
ſacrum de profano, (3.) profanum de ſacro aufertur. *c. quiſ-
quis. 17. q. 4. XVII. c. ſi quis contumax. 20. Dn. D.* Struv. *d. l. Dn.*
Carpz. *d. q. n. 5.* Damhoud. *pr. Crim. c. 3. n. 1.* Farin. *p. 7. q. 172.*

70 *n. 7.* Menoch. *de A. I. Q. lib. 2 caſ. 289. n. 11. & 3.* Quod & à
Carol. V. in Ord. crim. *art. 171.* conſtitutum eſt. add. Matth. Ste-
71 phan. *ad d. art.* Hanc autem juris Canon. diſpoſitionem
72 hodie receptam eſſe teſtatur *Dn.* Carpz. *d. q. n. 7.* Atrocius
autem & gravius hoc eſſe furtum, quam ſimplex, dubium planè
73 non eſt. Majus etenim peccatum eſt, quod in DEUM com-
mittitur, quam hominem & ita quoque gravius ſacrilegium eſt
furto. *d. c. 17. q. 4.* & text. elegant. *in c. qui abſtulerit. 12. q. 2.* Un-
de ſacrilegium inter crimina atrociora refertur à Gloſſ. *in c. ve-
nerabilem verb. ſacrilegium. in fin. extr. de Elect.* & crimini læſæ
74 Majeſtatis æquiparatur. *d. c. ſi quis ſuadente. c. 17. q. 4.* Pœ-
na hujusce criminis, quo publica ſacra compilantur, capitalis
eſt etiam de jure Civil. *l. 9. ff. ad L. Jul. pecul.* Anth. Matth. *de
crim. c. 2. & 3. de Leg. Jul. pecul.* Vinn. *in comment. Inſtit. ad* §. 9.
75 *de publ. jud.* Damhoud. *pr. crim. c. 111.* Aggravatur autem
magis hoc delictum ſi res ſacra è loco itidem ſacro ſurripitur,
76 teſtante de jure Saxon. *Dn. D.* Struv. *d. Ex. 49. th. 89.* Quam-
vis enim de jure Canon. non diſtinguatur locusne ſacer fuerit
nec ne, nec etiam rei attendatur qualitas; attamen gravius de-
linquit, qui ſacrum de ſacro, quam profanum, aufert & ſurripit,
uti expreſsè hæc noſtra ſententia probatur per Ordin. crim. *ar-
tic. 174.* verſ. Oder ſo iemand weltliche Güter/ die in eine Kirche
77 geflehnet/ wehren geſtohlen; Quamvis leverius cum iſtiusmo-
di, quam ſimplici fure, agendum eſſe non diffiteamur. per *d. art.
174. circa fin.* ibi: Doch ſoll in ſolchem Kirchen-Raube und Dieb-
ſtahle weniger Barmhertzigkeit bewieſen werden/ denn in weltli-
78 chen Diebſtahlen. Quod autem prior aſſertio noſtra per *d.
art. 174.* approbetur, exinde conſtat, quia ſubſequens *artic. 175.*
expreſsè de circumſtantiis, puta famis, juventutis, ſimplicita-
tis &c. hujusce criminis pœnam mitigantibus expreſsè agat
in verb. Es ſollen auch alle die Diebſtahle/ ſo an geweiheten Din-
gen und Stätten geſchehen/ die Hungers-Noth/ auch Jugend und
Thorheit der Perſonen / wo deren eines mit Grund angezeiget
wird / auch angeſehen / wie von weltlichen Diebſtahlen deswe-
gen geſetzt/ darinn gehandelt werden. quocum *artic. 175.* præce-
79 dens *174.* per voculam: Oder/ evidenter conjungitur. Pœ-

na Sa-

na Sacrilegii, ablatione rei ſacræ è loco ſacro facti, in Imperio
Romano-Germanico arbitrariam eſſe planè non dubitat *Dn.*
Carpz. *d. q. n. 17.* per Ord. Crim. *art. 172.* ibi: nach dem Rath der
Verſtändigen. & *art. 174*, Sic memini, me abhinc quadri- 80
ennio, cùm in Belgio viverem, obſervare, militem quendam Sa-
crilegum qui in pago, effractis templi valvis, ex arca eleemoſy-
narum aliquot deutas, quarum 18. unum ferè groſſum efficiunt,
ſurripuerat, Gröningæ à Prætore militari ad ſuſpendii pœnam
fuiſſe condemnatum; quæ tamen pœna in mitiorem ita mu-
tata fuit, ut ad patibulum huic noviter erectum, laqueo de collo
pendente virgis cæſus in perpetuum relegaretur. Excipiun- 81
tur illi, qui hierothecam, ſive ædiculam, aut monſtrantiam, ut
Imperat. Carol. V. ex perſuaſione Pontif. loquitur, in qua con-
ſecratus panis habetur repoſitus, fuerint furati, qui præciſè vi-
vi exuri jubentur. P. H. O. *artic. 172.* ibi: So einer eine mon-
ſtrantz ſtihlt / da das H. Sacrament des Altars in iſt / ſoll mit dem
Feuer vom Leben zum Tode geſtraffet werden. add. *Dn.* Carpzov.
d. l. Georg. Schultz. *Synopſ. Inſtit. de publ. jud. lit. E.* Jure 82
verò Saxonico iſtiusmodi ſacrilegi Rotæ pœna afficiuntur,
LandR. *lib. 2. art. 13.* ibi: Alle Mörder etc. und die Kirchen oder
Kirchhöfe berauben / die ſoll man alle radebrechen. Et ita 83
quotidiè practicari teſtatur ex Coler. *deciſ. 152. n. 2.* Schultz. *d. l.*
niſi circumſtantiæ, de quibus ſupra, aliud ſuadeant. *Dn.* Petr.
Theodor. *in Coll. crim. Diſp. 9. th. 4. lit. F.* ubi ita in Illuſtri hoc
Scabinatu Jenenſi pronunciatum teſtatur. Et hæc Rotæ pœ- 84
na etiam (1.) obtinet, etiamſi abſque effractione ſacrilegium
fuerit commiſſum. Effractores etenim quin hac tenean- 85
tur pœna, nullum poteſt eſſe dubium, quum & aliàs ſimplices
fures effractores, nullo rei furtivæ reſpectu habito capitali pœ-
na coërceri ſupra *n. 24. & ſeqq.* ex *art. 159.* P. H. O. notaverimus. Ut 86
propterea nulli dubitemus, quin pœna Rotæ de jur. Sax. etiam
tunc obtineat, quando res haud adeò magni pretii, modo cum
effractione violenta, ſurrepta fuerit. Vid. *Dn.* Carpzov. *d. q. 89.*
n. 23. (2.) Pœna Rotæ etiam illis meritò dictatur, qui Gazo- 87
phylacium den Gottes-Kaſten ſpoliantes pecuniam pauperi-
bus alendis aut templis reficiendis collectam contrectant, non

ſolùm ob generalitatem text, in LandR. *art. 13. lib. 2.* ibi: Die
88 Kirchen berauben/ſed & quod ſacrum ex ſacro auferant. Hunc
vero inter ſacrilegos eſſe referendum certum eſt propter ex-
preſſum text. in P. H. O. *art. 173.* ibi item: So einer einen
Stock/darin man das heilig Almoſen geſamlet / auffbricht / ſper-
ret/oder wie Er argliſtig daraus ſtielet / ꝛc. ubi add. Matth. Ste-
phan. in addit. Georg. Rem. *in Nemeſ. Carolin. d. art. 173.* Nicol.
Reuſn. *lib. 1. deciſ. 16. n. 17.* Damhoud. *pract. crim. c. 111. n. 4. in fin.*
89 (3.) Quoque omnes, qui complices fuerint, in crimine ſacrilegii,
90 eadem pœna coercendi, (1) quia plures idem commiſerunt deli-
ctum, ideo quoque omnes ac ſingulos in ſolidum ad pœnam
91 obligari certū eſt. Tot etenim hîc delicta ſunt, quot perſonæ de-
linquentium. Hottom. *Illuſt. quæſt. 33. pag. 194.* Et tot etiam de-
bentur pœnæ, cum quilibet ex ſuo facto obligetur per *l. 5. ff. ſi*
92 *quis caut. in jud. ſiſt. &c.* (2) quia in ſimplicis furti crimine o-
mnes ac ſinguli ſuſpendio puniuntur, modo portio cujusque 5.
ſolidos attingat vel ſuperet, per ea quæ docet Magnif. & Nobi-
93 liſs. Dn. D. Struve/ *Exerc. 48. theſ. 25. n. 7.* Ergo multò magis
in ſacrilegio id obtinebit. add. Jodoc. Damhoud. *prax. Crim. c.*
111. num. 1. Decian. *tract. crim. lib. 6. c. 31. n. 1.* Carpz. *d. q. 89. n. 35.*
94 P. H. O. *art. 174.* (3) Denique quia in aliis quoque delictis unius
pœnâ alterum haudquaquam liberari certum eſt, per text. *in*
l. 6. ff. arb. furt. caeſ. l. 11. §. 2. l. 51. pr. §. 1. ff. ad L. Aquil l. 7. §. fin. & l. 8. ff.
de juriſd. quibus omnes illi, qui aliquo modo, vel arbores cæ-
dendo, vel Prætoris album corrumpendo deliquerunt, in ſoli-
dum tenentur; ideoque & in Crimine ſacrilegii, idipſum aſſera-
95 mus neceſſe eſt. Hæc de vera ſacrilegii, in rei ſacræ de ſacro
96 ablatione commiſſi, ſpecie ſufficiant. In reliquis verò, quando
ſacrum de non ſacro. & è contra contrectetur, non hanc ſacrile-
gii, ſed furti ſimplicis, ſuſpendii ſc. pœnam locum habere ſtatui-
mus cum Dn. Carpz. *d. q. n. 72. & 78.*

CAPUT IV.

DE

RAPINA.

1 HACTENUS prima delictorum privatorum ſpecies. Se-
quitur jam ſecunda, nim. RAPINA. Hoc delictum quoque
non

non incommodè ad caput præced. referri poſſet, quum utique
Rapina furtum ſit, & raptores aliis furibus improbiores dican-
tur. *l.14.§.12.ff.quod met.cauſ.l.1.ff. de vi bon.rapt. l. 58. ff. de furt.*
l.80.§.3. l.52. §.ult. eod. Verùm cùm nos ordinem in ff. & Inſt. 2
obſervatum de jur. Civ. ſequutos promiſerimus, ideoque contra
leges methodi haud peccabimus. Committitur autem Rapi- 3
na cum quis dolo malo rem alienam mobilem lucri faciendi
animo vi aufert, aut damnũ in ea dat. *pr.§. 1.Inſt.de vi bon. rapt.l.*
1.pr.& §§.ſeqq.ff.eod. Dn. D. Struve / *Exerc.48. theſ.45.* Ex qui-
bus conſtat Rapinam & Latrociniũ diverſiſſima eſſe delicta, cũ 4
hoc ſit ſemper cũ homicidio conjunctũ, illud v. cõmittatur furã-
do in publico ſine interfectione. vid. Farin. *p.7.q.165.n.11.13.* Car-
pzov. *pract.crim.p.2 .q.90.n.3.* Jod. Damhouder. *prax.crim. c. 86.*
n.1.& ſeq. Germanis illi Mörder / hi verò Räuber / Beutmacher / 5
&c. dicuntur. add. *l.28.§.15.ff.de pœn.l.5.ff.de L.Pomp. de parricid.*
c.ſuſcepimus. X. de homicid. c. cum homo. 23. q. 4. Jure Civili a- 6
ctio bonorum raptorum in quadruplũ intra annum utilem *l. 2.*
§.13.ff.de vi bon. rapt. hoc eſt, ad rem tantùm, quo reſpectu eſt
Prætoria pœnalis, non ſolita excedere annum. Magnific. Dn.
Præſes *p. 2. deciſ. 96. n. 115. & ſeqq.* ubi etiam quid jur. Sax. ob-
tineat, monet. Vid. Dn. D. Struve / *d.Exerc.48.theſ.48.* Perez. *in*
C. de vi bon.rapt.n.5. Quæ pœna obtinet, ſive in ipſo delicto 7
raptor comprehendatur, ſive non *l. 52. §. ult. ff. de furt.* Dn. D.
Struve / *d. l.* Conveniri quoque poterit actione furti vel mani- 8
feſti. *l.80.§.3.l.52.§.ult.de furt.* vel non manifeſti. *l. 1. ff. de vi bon.*
rapt. l. 88. de furt. & concurrit cum illa actione judicium publi-
cum. *L.Jul.de vi l.3.l pen.ad L.jul.de vi publ.* vid. Dn. D. Struve /
Exerc. 49.& d.Exerc.48.theſ.49. Si vero quis rem ſuam, vel quam 9
ſuam exiſtimavit vi rapuerit, non hac, ſed alia actione tenetur.
l.7.C unde vi.l. 1.l.2.§.18.de vi.bon. rap. Dn. D. Struve / *d. Exerc.*
theſ. 46. Hodie Prætoria iſthæc actio & pœna ab uſu & 10
obſervantia receſſit, & pœna raptoris, præſertim in itinere pu-
blico vi illatâ rem auferentis, eſt capitalis gladii. Dn. D.Stru-
ve / *d.th.49.* Schultz / *Synops.Inſt.de vi bon. rap. lit.A. Ordin. Crim.*
art.176. ibi: Ein iedweder boßhaffter überwundener Räuber ſoll / ꝛc.
am Leben geſtrafft werden. Grave enim & atrox hoc eſt deli-
ctum

ctum & raptores fures improbiores dicuntur. *l. 14. §. 12. ff. quod met. cauſ.* & ridiculũ eſt inquit imp. Juſtin. *pr. Inſt. de vi bon. rapt.* levioris conditionis eſſe eum, qui rapit, quam qui clam amo-
11 vet. Hanc verò pœnam gladii in univerſo Imperio Romano-Germanico receptam eſſe teſtatur Dn. Carpz. *d. q. 90. num. 12.*
12 Matth. Coler. *p. 1. Deciſ. 155.* ibiq; Jacob. Schultz / *in addit.* illud vero notandũ eſt, cadavera punitorum raptorũ plerumq; ad de-
13 terrendos alios rotæ imponi ſolere, per *l. 28. §. 15. ff. de pœn.* quòd deinceps uſus & conſuetudo generalis plene confirmavit, uti ex-
14 perientia teſtatur. Procedit verò hæc noſtra aſſertio (1) Etiamſi raptor ſit Nobilis; per textum expreſſum & generalem in P.
15 H. O. *art. 126.* ibi: ein iedweder Räuber. Quia autem generaliter loquitur, nihil excludere videtur. Dn. Carpz. *d. q. 90. n. 39.*
16 *c. 1. d. 19. l. 68. pr. ff. de leg. 3.* add. LandR. *art. 13. lib. 2.* Et ſanè, qui ſe ſceleribus fuerint maculaſſe convicti, ii honore exuti inter peſſimos quosque & plebejos habeantur, nec ſibi poſthac de ſuo honore blandiantur, quo ſe ipſos indignos judicaverunt, text. elegans in *l. 12. C. de Dignit. lib. XII.* atq; ita ad requiſitioné Dan. Klinds / Advocati Aulici Brandenburg. in Berlin / à Scabin. Lipſienſ. reſponſum eſſe anno 1618. Menſ. Maj. teſtis eſt Dn Carpzov. *d. l. num. 41.* multo magis illud in militibus raptoribus ob-
17 tinebit. Magnif. Dn. Præſ. *p. 2. deciſ. 96. n. 129.* (2) procedit ſententia noſtra, etiamſi res vi ablata & rapta recipiatur, & domino reſtituatur, propter generalitatem textus in *d. art. 126. Ordin. Crim.* quamvis etenim rem iterum recuperaverit dominus, nihilominus tamen rapina commiſſa, quæ ut publice vindicetur
19 intereſt. Et in rapina non tam ſpolium ipſum, quam violentia ſecuritatis perpenditur, quæ cum re abreptâ non ſtatim
20 reſtituitur. Dn. Carpz. *d. q. n. 56.* Et in hanc ſententiam ad Conſultationem Joh. Georg. à Weſen / in Burckendorff / Scabinos Lipſienſ. anno 1627. Menſ. Decemb. reſpondiſſe teſtatur Idem Dn. Carpz. *n. 57.* verba reſponſi ſunt hæc: So möchten ſie alle beyde / weil man der Erkundigung gewiß (ungeachtet / ſie hernacher in der Schencke / als ſie gefänglichen angenommen worden / die geraubten Sachen wieder von ſich geſtellet / weil der Straſſen Raub ſchon einmahl von ihm geſchehen und volbracht

geweſen) wegen ſolcher begangenen und bekandten Beraubung nach ſchärffe der Rechte mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet/uñ nach geſchehener execution ihre todtẽ Cörper/ein ieder auf ein beſonder Radt gelegt uñ geflochten werdẽ/V. R. W. Simi- 21
liter & Quæſtori Chemnicenſ. reſponſum fuiſſe ibidem teſtatur: ibi: Unangeſehn man die abgenommene 40. Reichsthal. biß auff 3. Gülden 14. Groſchen 6. Pf. bey ihnen wieder erlanget/ꝛc. Id- 22
que etiam verum eſſe arbitratur Dn. Carpzov. *d. q. n. 58.* etiamſi raptor pœnitentiâ ductus; antequam in carcerem conjiciatur, rem vi ablatam ſpoliato reſtituat. *arg. l. 65. ff. de furt. l. 54. §. 3. ff. eod. l. 1. §. 25. ff. depoſ. l. 17. §. Cœlius. ff. de Ædil. Edict. l. 5. ff. de vi bon. rapt.* Non obſtante, quod in foro Sax. fures ſimplices pœ- 23
nitentia ducti hoc modo res furtivas reddentes ſuſpendii pœnam effugiant, & pœnâ ſaltem ordinariâ afficiantur; Conſt. Elect. 32. *§. fin. p. 4.* ibiq; Dan. Moller. *n. 18.* Diverſa etenim rapi- 24
næ & ſimplicis furti eſt ratio. Quamvis *num. 60.* Magiſtratum ſuperiorem hoc caſu veniam Reo largiri poſſe ultro concedat, & eleganti id ipſum Scabin. Lipſ. confirmet præjudicio. (3) Pœ- 25
na Rotæ locum etiam habet, etiamſi res minima fuerit per vim ablata, per text. Ord. Crim. *art. 126.* qui indiſtinctè & generaliter loquitur. Et ita quoque apud Gallos & Mediolanenſes re- 26
ceptum eſſe, ut qui unicum ſaltem apud hoſce nummum vi abſtulerit, ultimo afficiatur ſupplicio, teſtatur Bodin. *libr. 2. de Republ. cap. ult.* Etenim in crimine rapinæ, ut ſupra dictum, 27
non tam noxa & damnum, quam pacis & ſecuritatis publicæ violatio attenditur. Dn. Carpz. *d. q. 90. n. 44.* add. Dn. D. Struve/ *Exercit. 48. theſ. 23.* Et ita pronunciarunt olim Anno 1582. 28
Menſe Julii Scabini Lipſienſ. hiſce formalibus: So möchte J. B. wegen ſolcher begangenen und bekandten Beraubung/in dem er einen Bettler auff der Straſſen etzliche Pfennige und ein Glöcklein abgenommen / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtraffet/und auff ein Radt geleget und geflochten werden/V. R. W. Eadem pœna addicta fuit duobus raptoribus, qui fœ- 29
minæ cuidam panem, unico thalero & groſſo emptum, in via publica vi abſtulerant, referente Dn. Carpz. *d. l. n. 46. & ſeq.* quem vide, ubi *nn. ſeqq.* pluribus nõ inelegantibus ſententiam hancce

30 reſponſis confirmat. Pertinet huc Latrocinium, quod quamvis in ſe ſatis atrox ſit & immane, ut illos, qui latrones ſunt, ſtatim puniri publicè interſit, iisque beneficium appellationis denegetur, per *l. Conſtitutiones. ff. de Appellat.* Gloſs. *in cap. 23. q. 2. l 1. & 2. C. quando licet. unic. ſine jud. & l. ſi ut allegas. C. ad L. Corn. de Sicar.* & judex contra illos non obſervato ordine procedere

31 poſſit. Paris de Put. de Synd. *in verb. latro. lib. 1. per tot.* Dn. Carpz. *p. 1. q. 23. n. 2.* nec etiam advocati pro illis admittantur, uti ex Jacob. Boulen. *in rep. l. 28. §. famoſos. n. 21. & ſeq. ff. de pœn.* refert Idem *n. 3.* Vid. Tib. Decian. *tract. de Crim. lib. 9. cap. 29. per tot.* Farin. *p. 7. pr. Crim. q. 167. n. 91.* Damhoud. *pr. Crim. cap. 86.*

31 *n. 6. &* paſſim. Aggravatur nihilominus hoc delictum fere dupliciter. (1) quando quis multifariè committit latrocinia, crimenque aliquoties reiteravit, vel diſtinctis vicibus commiſit, vel plures etiam perſonæ unius ſpolii cauſa interfectæ fuerunt.

32 Tunc enim non ex ablatis bonis, ſed interfectorum numero latrocinii æſtimatur gravitas; quibus etiam caſibus latrones, dum ad ſupplicia trahuntur, candentibus forcipibus prehendi & aduri ſolent per text. P. H. O. *art. 137. §. 1.* art. 130. Ibi: Vor der endlichen Todes Straffe geſchleiffet; oder etzliche Griffe in Jhren Leibe mit glüenden Zangen gegeben werden/viel oder wenig nach ermeſſung der Perſon und Tötung/wie von Mord des halben ge-

33 ſetzt iſt add. Conſt. Elect. 3. p. 4. verb. Und woferne. Et ita quotidie practicari teſtatur Dn. Carpzov. *d. q. 22. n. 18. & 21.* ubi etiam *n. 19.* latronem tot vicibus, quot perſonas necavit, demptâ unâ, ignitis forcipibus uſtulari debere audacter aſſerere haud

34 veretur. (2) aggravatur, ſi latrocinium horribiliter una cum aliis delictis, non minus atrocibus horrendisque, perpetratum fue-

35 rit. Eo autem caſu latro priusquam Rota concutiatur, trahæ illigari & ad ſupplicii locum jumento raptari ſolet. P. H.

36 O. art. 137. 1. ibi: oder ausſchleiffung. Sic pœnam latrocinii à Scabinis Lipſienſibus exaſperatam fuiſſe, quum latro quidam in viâ publica mulierem adortus diſſecando ventrem, inteſtina, cor, pulmones, & jecur eruendo, atque pectus & mammillas abſcindendo miſerrime & horribiliter eam trucidaverat, refert Dn. Carpz. *d. q. n. 8.* ibi: So möchte Er von wegen der an ober-

wehn-

wehnten Weibe begangenen und befundenen erſchrecklichen Mordthat zur Feymſtatt geſchleiffet und mit dem Rade vom Leben zum Tode geſtraffet werden/ B. R. W. Menſ. Nov. Anno 1605.

Caput V,

De
Injuriis.

ORDINIS meritò poſtularet ratio, ut non niſi iis, quæ ex 1
primo & tertio L. Aquiliæ capitibus huc referri & methodicè tractari poſſunt, præmiſſis, ad materiam injuriarum accederemus. Verùm cum hæc eo, quo de homicidiis acturi ſumus, 2
ceu commodiori propter affinitatem loco forte tractanda veniunt, ideo hujus loci non erit, ea heîc exequi. Materiam igitur 3
injuriarum diffuſam pariter ac elegantem aggredimur. Nos verò 4
ne nimis verboſi ſimus, in patriam abeundi neceſſitate admonemur. Non leve autem hoc eſt delictum, quippe quod cum furto, quantum ad gravitatem, pugnare etiam dicitur. Dn. Carpzov. *pract. crim. p. 2. q. 94. n. 1.* Eſt vero injuria nihil aliud, 5
quam delictum privatum, quo alteri dolo contumelia affertur. *l. 3. §. 1. l. 13. § 4. inf. l. 15. §. 24. 46. & ſeq. §. 3. Inſt. de Injur.* Dn. D. Struve/*Exerc. 48. theſ. 52.* quod fit etiamſi crimen, quod objicitur verum eſt. Dn. D. Struve/*d. l. th. 54.* Duplex autem eſt, *rea-* 6
lis, quæ facto quodam ad probri & turpitudinis notam comparato committitur *l. 1 ff. eod.* Dn. Carpzov. *q. 99. n. 3 & ſeqq.* vel *verbalis*, quæ fit vel verbis ore prolatis, vel ſcriptis: Cujus injuriæ, quæ ſcripto fit, ſingularis eſt ſpecies, quæ famoſus libellus dicitur. Vid. Dn. D. Struve/*d. l.* Vinn. *Comment. ad Inſt. §. 1. Inſt. de injur.* Aggravatur autem hoc delictum (1) reſpectu *Per-* 7
ſonæ, quæ læditur. *l. 78. de injur.* & (1) *Magiſtratus*; graviorem enim & atrociorem hanc eſſe injuriam, quæ Magiſtratibus infertur, quam Plebejis, nemo facile diffitebitur, propter. *l. 7. & 8. ff. de injur.* Dn. Carpz. *d. l. q. 2.* Menoch. *de A. I. Q. cent. 3. caſ. 263. n. 5.* ſive verbalis fuerit injuria, ſive realis. Dn. Carpz. *d. l.* Pœna autem iſtiusmodi injuriantis unà cum recantatione, temporalis

 rele-

relegatio, ad aliquot annos, præſertim ſi inferiores fuerint Magiſtratus, Senatores ſc. aut Quæſtores, &c. tuto imponi poteſt. Dn.
8 Carpz. *d. q 94. num. 42.* Quin & ſi atrociſſimæ fuerint injuriæ, Relegationi fuſtigationem quoque addi poſſe non ambigitur. *l. 15. § 30. l. 40. §. 43. ff. de injur. l 4 §. 1. ff. de incend. nauf.* add. Conſt. Elect. Saxon. *42. p. 4. verſ.* Darüber / ibi: oder auch nach Gelegenheit der Perſon / der Zeit oder Orter / und anderer Umbſtände mit Staupenſchlägen des Landes ewig verwieſen. Unde vulgo probatur humiliores fuſtibus ſubjiciendos eſſe. Weſenb. *in paratit. ff. de injur n. 16.* Joh. Harprecht. *in §. 10. n. 5. Inſt. eod.* Dn.
9 Carpz. *d. l. n. 44.* Ubi etiam n. ſeq. refert ita in caſu, quo quis contra Sereniſs. Electorem Saxon. Ejusque officiarios Nobiles, Capitaneos aliasque perſonas contumelioſiſſima evomuerat verba, ad requiſitionē Senatus zu Dreßden / Menſ. Mart. *1626.*
10 in Scabin. Lipſ. pronunciatum fuiſſe. Num vero judex ob atrocitatem injuriarum mortis pœnam reo irrogare poſſit dubi-
11 tatur. Et de hac quæſtione aliquando in Elect. Sax. Scabin. valdè fuiſſe diſceptatum teſtatur Dn. Carpz. *d. l. n. 46.* Affirmativam defendunt Joh. Schneidew. *in §. 10. n 8 Inſt. de injur.* Matth. Berlich. *p. 5. Concl. 61.* Hartman. *lib. 2. obſerv. tit. 49. obſ. 1. num. 18.* Coler. *p. 1. Deciſ. 61. num. 5.* Rauchbar. *p. 1. q. 7. num. 36.* aliique, quorum ſententiam ſequuti fuerunt JCti Francofurt. Menſ. Maj. Anno 1614. pronunciantes ſic contra C. B. qui verba injurioſiſſima in Sereniſs. Electorem Brandenburg. effutierat; hàc tamen additâ clauſulâ, pœnam mortis, ſi Dn. Elector reo vellet facere gratiam, in fuſtigationem ſeveriorem converti debere, uti ex actis illis poſtea ad Scab. Lipſ. tranſmiſsis teſtatur Dn. Car-
12 pzov. d. l. n. 47. Eandem etiam pœnam ruſtico cuidam, qui in Celſisſimum D. D. Ennonem Ludovicum II. Friſ. Orient. Principem, glorioſisſimæ memoriæ, injurioſa verba evomuerat à Facultate quadam jurid. paucis ab hinc annis dictatam fuiſſe memini; quæ tamen à Clementiſſimo Principe in pecu-
13 niariam, ceu longe mitiorem, poſtea mutata fuit. Et pro hac ſententia quoque facere videtur, quod pœna extraordinaria, qualis hæc injuriarum eſt, ad mortem extendi queat. *Gloſſ. ind. §. 10. verb. extraordinaria. Inſt. de injur.* Ludov. Carer.

pract.

pract. Crim. §. *circa. num.* 122. Modeſt. Piſtor. *p. 2. q. 92. num. 17.*
In foro autem Saxonico negativam receptam eſſe; adeò ut ne 14
quidem ob atrociſſimas injurias ultimum ſupplicium cuiquam
irrogari poſſit, teſtatur Dan. Moller. *Conſt. Elect. 42. n. 2.* Eam- 15
que Molleri ſententiam, ceu tutiorem ac benigniorem non ſo-
lùm in prædicta cauſa Brandenburg. ſed & poſteà in alia ſimili
Menſ. April. Anno 1630. Scabinos Lipſ. amplexos fuiſſe, teſtis
eſt Dn. Carpzov. *d. q. n. 49.* Ob injurias verò reales, ſi atro 16
ciſſimæ fuerint, quin reus confeſſus & convictus mortis pœna
affici queat, nec de jure Saxon. dubium eſt, per text. expreſſ. in
Conſt. Elect. 43. ibi: Und auch wohl nach Gelegenheit der Per-
ſonen und anderer Umbſtänden mit dem Schwerdt vom Leben
zum Tode geſtraffet und gerichtet werden rc. Quin nec vul- 17
nerationem aut percuſſionem graviorem Magiſtratus absque
pacis publicæ violatione fieri poſſe, facile conceſſerimus, quo
caſu pœnam gladii aliàs locum ſibi vendicare certum eſt. *l. fin.*
ff. de re milit. Conſt. de pac. tenend. 2. F. 27. Receß. Auguſt. de An-
no 1555. §. Wir ſetzen/ordnen etc. verſ. Wo ſie in Gefängnüß kom-
men/ etc. Sächſ. LandR. *art. 13. lib. 2.* Gail. *lib. 1. de pac. publ. c.*
1. n. 6. Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. Saxon. 13. p. 4. n. 5.* Carpzov.
pr. crim. p. 2. q. 100. n. 20. Ubi hanc ſententiam eleganti fir- 18
mat præjudicio; quamvis probe & circumſpectè circumſtan-
tias hîc conſiderandas eſſe ſatius videatur. Non igitur 19
hac pœna afficiendus, qui alapam fortè Magiſtratui vel judici
impegerit, hoc enim nimis durum foret, ac rigoroſum. Dam-
houd. *prax. crim. c. 137. n. 18.* Matth. Berlich. *p. 5. concl. 66. n. 15.*
Menoch. *de A. I. Q. lib. 2. cent. 3. caſ. 263.* Quapropter & 20
eum, qui Miniſtro Eccleſiæ ſive Paſtori, cui non minor debetur
honos, ac reverentia, quam Magiſtratui, alapam impegerat, tem-
porali relegatione punitum fuiſſe Menſ. April. Anno 1630. te-
ſtatur Dn. Carpzov. *d. q. 100. nu. 24.* (2) Pertinent huc *Paren-* 21
tes. Hiſce etenim æqualis, ſi non major, quàm Magiſtratui de-
betur honor ac obſervantia, *l. 7. §. 8. ff. de injur.* Parentes ete-
nim ſunt, qui alunt liberos, nutriunt & educant; Grave ita- 22
que erit delictum, ſi ingrati prorſus liberi parentibus non di-
cam honorem denegent, ſed & haud raro eoſdem percutere,

 inju-

23 injuriisque afficere haud detrectent. Iſtiusmodi injurias vindicandi licentia olim ipſi competebat patri, utpote cui jus vitæ & necis erat conceſſum, Valent. Forſter. *de jurisd. fol. 202.* Rod. Forner. *rer. quotid. 1. cap. 2.* filiosque iſtiusmodi immori-
24 geros planè abdicabant. Plat. *de LL. 11.* Forſt. *fol. 205.* Sed utrumque hodie ab uſu receſſit; huic enim abrogato *l. abdicatio. C. de patr. poteſt.* aliud ceu mitius ſucceſſit, jus ſc. exhæredationis, cujus cauſæ legitimæ, non tamen omnes, enumerantur *No-*
25 *vell. 115. cap. 3.* Illud planè ſublatum eſt, cum non in atrocitate, ſed pietate patria conſiſtere debeat poteſtas. *l. 5. ff. ad L. Pompej. de parricid.* Neque ulli vindicta privata eſt concedenda. *l. 10. ff. de jurisdict. vid. l. fin. C. de patr. poteſtat. l. un. C. de Emend. propinq.* Beſold. *Claſſ. 1. Diſputat. Polit. 10. theſ. 42.* Herm. Kirchner. *diſput. Polit. 1. theſ. 6.* Arniſ. *1. Polit. fol. 118.*
26 Si enim gravius filius deliquerit, pater eum judici caſtigandum offerre poteſt. *l. 3. C. de patr. poteſt. Dd. in §. in poteſtate. Inſt. de*
27 *his, qui ſui vel al. jur.* add. *Deut. XXI. 18. & ſeq.* Quin imò ex veteri vitæ & necis jure illud ſpeciale patri tribuitur, quod pœnam à judice filio infligendam determinare ipſi permittatur. *d. l. 3. C. de patr. pot.* ibi: *quam tu quoque dici volueris.* ibi-
28 que *Bald.* Quod tamen nec hodie in uſu amplius eſt. vid.
29 Weſenb. *ff. ad L. Pomp. de parricid. n. 12. in fin.* Si itaque parentibus realis & atrox quædam injuria illata fuerit, vulneratio, v. c. aut percuſſio lethalis, tunc, quin fuſtigatione, aut amputatione manus puniri poſſit, dubium non eſt; quin imò interdum etiam ad mortis pœnam extendi poſſe vulgo Interpp. ſtatuunt. Andr. Tiraquell. *pr. Crim. lib. 1. tit. 3. q. 17. n. 36.* Gail. *1. obſ. 39. n. 1.* Menoch. *de A. I. Q. cent. 3. caſ. 263. n. 6.* conf. *l. 7.*
30 *§. 8. ff. de injur. Deuter. XXI. verſ. 19.* Et dictam fuſtigationis & relegationis pœnam etiam Menſ. April. Anno 1603. à Scabin. Lipſ. approbatum fuiſſe teſtatur Dn. Carpz. *q. 100. n. 42.* Formalia Reſponſi ſunt hæc: Hat der gefangene M. G. in ſcharffer Frage bekandt und geſtanden / daß Er ſeinen Vater mit einem Topff auff den Kopff / und dem Sturtzen eines Beſens in Rücken geſtoſſen / auch in der Stuben von einer Wand zur andern geſchleppet / und alſo die Schaden / ſo an ihme befunden worden / zu-

gefü-

zugefüget; So wird er wegen ſolches an ſeinem Vater verübten Frevels und Gewalt mit Staupenſchlägen des Landes ewig billig verwieſen. V. R. W. Si verò leviores abſque vulneratione 31
fuerint injuriæ, tunc Relegatione, Carcere, in quo pro ratione circumſtantiarum aqua & pane cibandi ſunt, ſatis puniuntur. per *l. 2. & 5 ff. ad L. Pomp. de parricid.* Ibique Weſenb. *n. 12. in fin.* Dn. Carpz. *d. q. 100. n. 44.* Ubi *n. ſeq.* filio cuidam, qui 32
parentes non modo injuriis verbalibus affecerat, ſed & patrem verberare minatus fuerat, vitrumque in eum cereviſiâ plenum conjecerat, perpetuæ relegationis pœnam dictatam fuiſſe teſtatur. Hæc etiam ſuô modo ad Præceptores, Patronos, qui ſtipendiis hodie plurimorum conſulunt ſtudiis, de quibus vid. Nobiliſs. Dn. D. Ahaſv. Fritſch. Conſil. Schwartzb. *Tract. de Stipend.* aliosque, quibus honor ac reverentia debetur, applicari poſſunt. (II.) aggravatur hoc delictum reſpectu *loci*, *§. 9.* 33
Inſt. de injur. l. 8. ff. eod. l. 16. §. qualitate. ff. de pœn. Menoch. *de A. I. Q. caſ. 263. n. 27.* Veluti ſi quis in loco publico, caſtro v. c. aut arce Principis, curia, templo aut foro coram Magiſtratu in præſentia multorum injuriis afficiatur. Iſtiusmodi etenim 34
injuriantes Principi quoque ac Magiſtratui, veluti illorum violantes autoritatem injuriam haud levem inferre videntur. Ideoque haud rarò pœna etiam ſeveriori, relegatione puta, aut etiam amputatione manus plecti ſolent. Ita reſponderunt Scabini Lipſ. anno 1596. Menſ. Septemb. in caſu, quo Nobili cuidam juveni annorum 19. qui in arce Altenburg. alium percuſſerat, ac pugione vulneraverat nobilem, una cum amputatione manus perpetuam adjudicarunt relegationem. Hisce formalibus: So mag Er von wegen ſolches in der Fürſtl. Burg begangenen Frevels und Muthwillens / und H. à B. zugefügten Schadens / wofern man Jhme / in Anſehung ſeiner Jugend und Trunckenheit / nicht Gnade erzeigen wolte / mit Abhauung einer Fauſt / dero Er am beſtẽ entrathẽ kan / des Landes ewig verwieſen werden. V. R. W. Dn. Carpzov. *pract. crim. q. 1. q. 40. num. 33.* 35
Illaque pœna etiam appenſis utplurimum in aulis tabulis depictis denotari ſolet, ut eò magis aulici rixis & digladiationibus abſtineant, manusque amputationum, ſi ſecus fecerint, ex- 36

ſpe-

37 ſpectent. Quin imò pœnam etiam Relegationis cuidam, qui in arce Lichtenburg. coquum pulſaverat, dictaram fuiſſe.
38 Idem teſtatur Dn. Carpzov. *d. q. n. 35.* Famoſus libellus, qui jam veluti ſcripta quædam injuria ſequitur, & vulgo paſquillus appellatur, eſt injuria, qua alicui quid ad infamiam alicujus pertinens, ſeu notabile crimen ſcripto aut alio ſingulari modo objicitur. *l. 5. §. 9. l. 15. §. 29. ff. de injur. Ord. Crim. art. 11. Dn.*
39 *D.* Struv. *Ex. 48. th. 65.* Conſiſtit igitur in doloſa ſcripti, utplurimum (quoniam & alio modo pictura v. c. aut famoſo carmine & ſcripto *l. 5. §. 8. ff. eod.* fieri poteſt talis injuria. Dn. Struv. *d. Ex. th. 67.*) facta objectione alicujus criminis, quod ad peculiarem notam pertinet, ut ſi v. c. adulterium objiciatur.
40 P. H. O. *art. 110.* Non autem neceſſe eſt, ut nomen exprimatur, Ord. Pol. de An. 1577. t. 38 §. und ſetzen. ibi: Es habe der
41 autor ſeinen Namen darunter geſetzt oder nicht. Etiamſi verum crimen objiciatur. Dn. Struv. *th. 66.* quo nomine & alii
42 tenentur. vid. Dn. Struv. *d. l. theſ 68.* Pœna olim erat extraordinaria, poſtea *l. unic. C. de fam. libell.* capitalis facta. Reliquas delictum injuriarum aggravantes circumſtantias feſtinantes præterire cogimur, & præterea de iis auctores haud raro obvii videri queunt. Pergimus itaque à privatis ad publicorum delictorum gravitatem.

CAPUT VI.

DE CRIMINE LÆSÆ MAJESTATIS, DIVINÆ AC HUMANÆ.

1 PUBLICA inter delicta meritò Compilatores Pandect. retu-
2 lerunt primo loco Crimen læſæ Majeſtatis; Cum etenim in Salute Imperatoris ac Imperii, ejusque tranquillitate totius orbis requieſcat beatitudo, in morte autem & perturbatione Ipſius ſalus Reip. periclitetur, ideò graviſſimè illam lædens
3 delinquit. Vid. Decian. *Conſ. 410. n. 29.* Cum verò duplex ſit Majeſtas, Divina & Humana; ideò de Illius læſione primùm
4 meritò videbimus. Illud autem delictorum omnium procul dubio graviſſimum eſt & atrociſſimum, quippe quum longè

gra-

gravius ſit æternam quam temporalem lædere Majeſtatem. *Auth. Gazaros. C. de hæret. & Manich.* Dn. Carpzov. *p. 1. q. 44. num. 2.* Damhoud. *pr. Crim. cap. 61. pr* Farin. *de del. & pœn. q. 20. pr. c. 34. q. 3. c. 24. q. 2.* Læditur autem divina Majeſtas ferè du- 5
pliciter. (I.) committendo quid in Ejus contumeliam (1.) per Blaſphemiam. Dn. D. Struv. *Exer. 49. theſ. 22.* Eſt verò Blaſphemia nihil aliud, quàm dictum contumelioſum in DEUM noſtrum ſeu Majeſtatem divinam commiſſum. Dn. Carpzov. *q. 45. n. 1.* cui nullum aliud æquiparari poteſt crimen. Gilhauſ. *in arb. jud. crim. cap. 2. tit. 1. n. 6.* Far. *lib. 1. tit. 3. q. 20.* add. Novell. 77.
c. 1. Pœna verò in iſtiusmodi blaſphemantes tam de jure 6
divino. *Levit. XXIV. 13. 14. ſeqq.* quàm Civili. *d. Nov. 77. c. 1. §. 2.* (de jure Can. vid. *c. 10. c. 22. q. 1. c. 2. ext. de maled.*) ultimum
eſt ſupplicium. Nec immeritò, cum enim blaſphemiæ in 7
homines commiſſæ non relinquantur impunitæ. *l. 1. & t. t. ff. & C. ad L. Jul. Maj. d. Novell 77. c. 1. §. 1.* certè in DEUM ſeveriſ-
ſimè coërceri debent. Dn. Carpz. *d. q. 45. n. 3.* Hæcque pœ- 8
na in Imperio noſtro Romano-Germanico ubivis recepta eſt; Receſſ. Imper. *de Anno 1548.* Ord. Pol. Francofurt. *de Anno 1577.* Ord. Crim. *art. 106.* Ord. Prov. Sax. *de Anno 1550. & 1555.* Conſt. Elect. *1. p. 4.* Edict. Torgov. *de anno 1583.* Policey Ord. *de anno 1612.* atque ita in praxi & obſervantia obtinere docet Dn. Carpzov. *d. q. 45. n. 24.* quamvis pro ratione circumſtantiarum interdum abſciſſione membrorum, Damhoud. *pr. Crim. c. 61. n.*
34. Boër. *deciſ. 301.* puniri ſoleant. Pœnam autem gladii ca- 9
pitalem dictatam à Scabinis Lipſenſ. fuiſſe, teſtis eſt Dn. Carpz.
d. q. 45. num. 18. Nec diſtinguitur an reiteratum fuerit nec 10
ne, Ruſticus ne ſit an verò Clericus, Judæus. Imò nec 11
Princeps, Comes aut alius immediatus Imperii Romano-Germ. civis ab omni blaſphemiæ pœna immunis erit. Ordin. Polit. *de Anno 1530. & an. 1577. tit.* Von Gotteslåſterungen. *pag. 755.* §. Würde aber eines Churfürſten / de quorum foro vid. Nobiliſſ. Dn. D. Joh. Henr. Stamler / JC. Excellentiſſimus, Conſil. Friſ. Orient. & hodie nomine Celſiſſimi Illius Principis, Domini mei Clementiſſimi, D. D. GEORGII CHRISTIANI ad Comitia Imperialia Legatus ſplendidiſſimus, Fautor ac Patronus meus

colendus *in eleganti tractat. Inaugural. de Reſervat. Imperat. §. XXXVII. n. 1. & ſeqq. pag. 172.* add. Dn. Carpz. *d. q. 45. n. 25. 32. 36. 43.*
12 *48. & 52.* Ubi etiam in ſeqq. docet, quomodo hæc pœna capitalis per extremam ebrietatem, juſtum dolorem, linguæque lubricitatem blaſphemantibus remitti debeat. add. Ord. Crim.
13 *art. 106.* (II.) divini numinis abuſu (1.) *perjurium committendo, Dn. D.* Struve *d. l.* quod fit, quando aliquis mendacia, juramento confirmat. *c. cum animadvertendum. §. 22. q. 2. & c. ſeq.* Clar. *lib. 5. ſent. §. perjurium. pr. Dn.* Carpzov. *q. 46. n. 2.* Boër. *deciſ. 308. n. 1.* Dec. *in tract. crim. lib. 6. c. 7. n. 1.* Ord.
14 Crim. *art. 107.* ibique Matth. Stephan. Hoc delictum jure Rom. etiam conſultò & malâ mente commiſſum pœna temporali non fuit punitum, per notabilem text. in *l. 2. C. de R. C.* ibi: *Satis DEUM ultorem habet*, & mox: *periculum corporis inferri non placet.* vid. omninò *Dn.* Carpz. *d. q. 46. n. 22. 24. 25. 26. 27.*
15 *28. & ſeqq. ad 34. incluſivè.* Ab hac vero juris Rom. diſpoſitione jamdudum meritò fuit receſſum, & communis eſt Dd. ſententia, crimen hocce ceu gravisſimum extraordinariâ, ne impunitate delicti hujus via quodammodo aperiatur delictis, pœnâ coercendum eſſe *l. 1. C. ſi adverſ. vend. c. 1. quod. met. cauſ.* Nicol. Reuſn. *lib. 3. deciſ. 2. n. 65.* Rauchbar. *p 2. q. 3. n. 44.* Virg. Pingitzer. *q. 39. Dn.* Petr. Theodor. *Coll. Crim. Diſput. 5. theſ. 8. lit. F.* Jur. Canon. perjurii pœna eſt excommunicatio. *can. ult. 22. q. 1.* & infamia quoque notatur. *c. infamis. q. 1. c. per-*
16 *venit. ext. de Fidejuſſ.* Certa autem pœna non eſt determina-
17 ta, ſed arbitrio judicis relicta; hinc nonnunquam relegationis, carceris aut pecuniaria dictatur. Pingitz. *d. l. num. 19. Dn.* Carpz. *d. q. n. 43.* Schneidewin. *in §. item ſi quis poſtulante. n. 123. Inſt. de act.* Reuſner. *dict. deciſ. 2 n. 82. lib. 3.* Hartm. Piſt. *obſ. 150. n. 5.* quoniam omne perjurium non æque grave ſemper eſt, adeoq; nec pari ſemper coercendum erit ſupplicio, pœna enim delicto eſt commenſuranda. *c. 24. q. 1. c. felicis §. ceterum. de pœn. in VI.* Et perſpiciendum eſt judicanti, ne quid duriùs aut remiſſius conſtituatur, quam cauſa depoſcit; nec enim aut ſeveritatis, aut clementiæ gloria affectanda, ſed perpenſo judicio, prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. text. valde notab. &

omni-

omnium meritò curiarum ac judiciorum aureis literis inſcri-
benda foribus in *l.perſpiciendum.ff. de pœn.* Quando verò quis in 18
judicio, juramento à judice delato conceptis verbis, pecuniæ
nomine, vel lucri cauſa pejeraverit, tunc, reſtitutâ, quam fortè
accepit, pecuniâ, ac infamiâ notatus, omnibusque exutus digni-
tatibus digitorum, quibus juramentum præſtitum fuit, ampu-
tatione punitur. *ex Ord. Crim. artic. 107.* ubi add. Matth. Steph.
& Georg. Rem. *in Nemeſ. Carol.* Sic etiam illi puniuntur, 19
qui relegati contra juramentum revertuntur. *Dn.* Carpz. *q. 47.
n. 2.* Quin imò is, qui perjurio ſuo alium ad pœnam capi- 20
talem damnari curavit, eadem pœnâ, quam perjurio alteri in-
tentavit, puniri jubetur in *d. art. 107. Ord. Crim.* ibi: Der leidet
gleiche Pein. (2) Sacra turbando. *Dn.* Struve *d. l.* qualiter il- 21
li peccant, qui ſe palam opponunt concionatoribus, in ſugge-
ſto contradicunt, conciones DEI vel alio modo adminiſtratio-
nes ſacrorum impediunt. Horum pœna eſt arbitraria, fu- 22
ſtigatio vel relegatio, aut etiam pro circumſtantiarum diverſi-
tate, & qualitate delinquentium lenior. Coler. *p. 1. deciſ. 178. n. 1.*
Dn. Carpz. *1. q. 44. n. 51.* Quin imò turbatores iſtiusmodi 23
aliquando gladio puniri ex Bald. *in l. ſi quod. cum Auth. ſed novo.
C. de Epiſc. & Cler.* notat *Dn.* Carpzov. *d. q. n. 52.* Ita tamen 24
ut (1.) offendatur perſona Eccleſiaſtica. (2.) in loco Eccleſiæ.
Quod etiam extendimus ad ædes privatas, in quibus interdum
urgente neceſſitate ſacra Baptiſmatis vel Cœnæ Dominicæ cele-
brantur. (3.) eo tempore, quo tractantur divina. & (4.) deni-
que divina per hoc turbentur; uno verò deficiente pœna ca-
pitalis locum non habet. Matth. Coler. *d. deciſ. 178. n. 8.* Quam 25
pœnam Scabinos Lipſ. C. W. qui in templo Paſtorem infantu-
lum baptizantem ingenti percuſſerat ligno, ſicque ſacrum tur-
baverat Baptiſma, ad conſultationem Dn. Adolphi Ducis Nor-
wegiæ, Holſatiæ &c. Menſ. Sept. ann. 1569. dictâſſe teſtatur Dn.
Carpz. *d. q. n. 54.* Verba reſponſi cum elegantia ſint, addemus:
Würde gedachter C. W. auff dem von ſeinet wegen gethanen
und eingebrachten Bekäntnüß vor Gerichte freywillig verhar-
ren/oder deß ſonſt/wie recht/ überwieſen/ als nemlichen/ daß/ als
der Prieſter und Caplan/ davon in actis und ſeinem Bekäntnüß

gemeldet/in der Kirche geſtanden / und ein Kind zu tauffen ange-
fangen / Er Inquiſit einen Jungen mit zwey Pferdten vor der
Kirchen halten laſſen / und ſeine andere Diener und Pferdte vor
die Thor geſchicket / und in Stieffeln und Sporen in die Kirche
gangen/und einen groſſen Prügel gehabt/ und als Er den Caplan
mit dem Kinde bey der Tauffe gefunden/hinzugetreten/ denſelben
mit einer groſſen Peitſchen auff die Haut gehauen / und mit dem
Prügel niedergeſchlagen/ und die Tauffe des Kindes verhindert;
So wurde Er von wegen ſolches in der Kirchen an dem Prieſter
über der Tauffe geübten und begangenen Frevels und Gewalt/
und Verhinderung und Turbierung des H. Göttlichen Sacra-
ments der heiligen Tauffe/ alles ſeinent halben beſchehenen Vor-
wendens ungeachtet / vermöge gemeiner beſchriebener Käyſerli-
chen Rechte mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode billig ge-
26 ſtraffet. V. R. W. Læditur II. divina Majeſtas credendo
ſeu religionem à verbo divino & Chriſtiana religione alienam
27 tenendo, quo pertinet (1.) crimen hæreſeos, quod conſiſtit in
pertinaci in articulis fidei errore. *t.t. C. de hæret.* de quo vid. *Dn.* Carpz. *1. q. 44.* qui rectè cum aliis ſtatuit, hæreticos (qua tales)
pœna capitali non eſſe afficiendos *Dn. D.* Struve *d. theſ. 22. n.1.*
(2.) Schiſma. *l. 8. C. de heret. Dn.* Struv. *ibid. n. 2.* (3.) Pagani-
ſmus. *t. t. C. de Pagan. Dn.* Struv. *ib. n. 3.* ibique *Dd.* (4.) Ju-
daiſmus. *t. t. C. de Judæ.* (5.) Apoſtaſia, ſeu defectio à fide Chri-
28 ſtiana. *t. t. C. de Apoſt.* Cujus etiam ſpecies conſtitui poteſt,
Dæmonomania Magorum & Sagarum, qui DEUM abnegant,
& fœdus expreſſum cum Diabolo ineunt, quorum pœna ignis
eſt, etiamſi nemini nocuerint. *Dn.* Struve *d. th. 22. num. 5. Dn.* Carpz. *d. q. n. 44.* Matth. Stephan *in art. 109. Ordin. Crim.* De
Sortiariis vid. *Dn.* Carpzov *q. 50.* Bodin. de Dæmonoman. Gœ-
hauſ. *proceſſ. contra Sagas. Comment. in tit. C. de malef. & ma-*
29 *them.* Singula iſthæc latius proſequi temporis pariter ac
30 inſtituti noſtri ratione excludimur. Sequitur jam Majeſtas
humana; In hujus læſione propter atrocitatem multa ſpecia-
lia ſunt conſtituta. Filii enim puniuntur propter delictum pa-
tris *l. 5. C. ad L. Jul. Maj.* Nec parentibus ſuccedunt, vel extra-
neis, neque ex teſtamento neque ab inteſtato. *d. l. 5.* Infamia
pater-

paterna eos comitatur, A. B. *theſ. 24. Ord. Crim. Carol. art. 118.*
Non vero nepotes. Dn. D. Struve/ *d. Exerc. 49. theſ. 20. num. 3.* ad
honores non admittuntur, bona reorum crim. læſæ Maj. confi-
ſcantur. *d. l. 5.* Conatus hîc punitur, licet non fuerit ſubſequutus
effectus. *d. l. 5.* & quilibet ad accuſandum admittitur. *l. 7. ff. ad L.*
Jul. Maj. Perſonæ Privilegiatæ, quæ aliàs torqueri non poſſunt,
ut Nobiles, Doctores &c. in hoc delicto privilegiis ſuis veluti
exuuntur. Plura ſpecialia vid. apud Decian. *lib. 7. c. 37. 41. num.*
27. & ſeq. Gilhauſ. *in Arb. jud. Crim. c. 2. lit. 2. num. 6.* Farin. *de*
Crim. læſ. Maj. q. 116. §. 2. num. 58. Matth. de Afflict. *tit. quæ ſint*
Regalia, in verb. & bona committentium *n. 24.* Quin imò 31
reus hujus criminis poſt mortem etiam accuſari poteſt, ut me-
moria ejus damnetur, ſecus ac in aliis criminibus. *l. fin. C. h. t.* Dn.
D. Struve/ *Ex. 49. theſ. 20. n. 2.* Decian. *tract. Crim. lib. 7. c. 27. n. 21.*
Farin. *d. tract. q. 116. §. 1. pr.* Variis etiam præterea modis 32
juxta ſtatutorum, edictorum, & locorum varietatem rei hujus
criminis puniuntur; nonnunquam enim gladio, *l. 5. C. h. t.*
Dn. D. Struve/ *theſ. 20. num. 33.* præſertim ſi perſonæ ſint in di-
gnitate; aliquando etiam igne. Damhoud. *pr. Crim. c. 62. num. 6.*
Interdum quoque vivi in fruſta ſcinduntur, & in locis eminen-
tioribus, ut portis &c. civitatum appenduntur. Bocer. *de Crim.* 33
læſ. Maj. c. 3. n. 13. Jul. Clar. *lib. 5. recept. ſent. §. blaſphemia. num. 8.*
Conſtitutione autem Carol. cautum eſt, ut proditores Provincia- 34
rum, Urbium, Principum, quorum jurisdictioni & imperio ipſi
ſubjecti ſunt, prius in terram proſtrati per plateas ad ſupplicii
locum trahantur, aut ignitis lacerentur forcipibus, poſtea verò
in quatuor partes diſcindantur. *Ord. Crim. art. 124.* Dn. Carpz.
q. 41. p. 1. num. 92. Dn. D. Struve/ *d. theſ. 20. num. 1.* Et hæc 35
vera ſunt de eo crimine Majeſtatis, quod ſpeciatim perduellio-
nis dicitur, quo ipſa Principis aut Reip. ſalus læditur. Dn. D.
Struve/ *d. Exerc. theſ. 19.* Quando vero ſuperioritas, aut 36
exiſtimatio illius violatur, tunc ſimplex ſaltem eſt læſ. Maj. Cri-
men; Et præſertim ſi facto contingat, pœna etiam capitalis, abs- 37
que tamen confiſcatione bonorum, jure quoque civili ſtatuta
videtur. Dn. D. Struve/ *d. Exerc. theſ. 21.* Ubi tamen illum ſecun- 38
dum circumſtantias & facti qualitatem mitigandam dicit, per

l.7.§.3.h.t.l.24. 40.ff. de pœn. Si vero verbis fiat, tunc pœ-
na irrogatur arbitraria, vid. elegantem text. in *l. un. C. ſi quis
Imp. maled.* ibique Perez. Bocer. *d.tract.c.3.num.1.& ſeqq.* Con-
39 fer. Dn. Carpz. *d.q.41.n.119.& ſeqq.* An autem in Principes
imperii noſtri hoc quoque crimen comitatur? Diſtinguendum
erit cum *Dn. D.* Struve/*d.Exerc. theſ.18.* An læſio tendat in per-
niciem Imperii, cui una cum Imp. diviſis Majeſtatis juribus præ-
ſunt, & ſic affic. add. *Aur. Bull. tit. 24.* An vero lædantur eo re-
ſpectu, quo ſuis ſolum præſunt Ducatibus, & analogicè tantum
tale erit. add. Bachov. *ad Weſenb. ff. h.t.n.4.* & *Dn. D.* Struve/
Exerc.2.th.19 propterea mitius quoque puniendum erit, *Dn. D.*
Struve/*d.l. Dn.* Carpzov. *1 q.41.n.79. & ſeq.* Matth. *in L.48.t.2.*
40 *c.1.num.4.* Reſpectu temporalis ἐξουσίας etiam in Pontif.
Roman. committi certum eſt, Dn. D. Struve/*d. l.* Dn. Carpzov.
41 *ad L. R.13.q.18.* Non etiam niſi à ſubditis, non vero Va-
42 ſallis, committi poteſt, Dn. D. Struve/*d.Exerc. theſ.79.* Etiamſi
ſit univerſitas, ſi à Principe deficiat, Matth. de Affl. *dec. reg. ſec.9.*
Dn. D. Struve/*d. theſ.19.*

CAPUT VII.

DE
ADULTERIO, INCESTU, SODOMIA, ET STUPRO.

1 SECUNDUM ex publicis crimen eſt ADULTERII, &
quæ cum eo affinitatem quandam habere videntur. Primò igi-
tur de illo ceu communiori agendum erit. De atrocitate hu-
2 jus delicti prolixe agit Dn. Carpz. *prax. crim. p. 2. q. 51.* Tri-
pliciter autem illud committitur, (1) Reſpectu utriusque per-
ſonæ agentis ſc. & patientis, ut cum utraque eſt conjugata, (2) re-
ſpectu patientis tantum, cùm ſolutus cum conjugata congredi-
tur; & (3) reſpectu agentis tantum, ut cum conjugatus ad ſolu-
tam accedit. Dn. D. Struve/ *Exerc. 49, theſ 27.* Dn. Carpz. *q. 53.*
num.4. Prius reliquis eſt atrocius, ideo de eo tantum brevi-
3 tatis cauſa videbimus, Maritus ſanè cum alterius uxore
4 rem habens non modo ſui matrimonii fidem, in qua illius con-
ſiſtit

ſiſtit eſſentia, violat; Sed ſimul etiam alterius turbat matrimonium. Dn. Carpz. *d. l. n. 5.* Ideo quoque non ſimplex, ſed duplicatum German. Oberhurerey ſeu Uberhurerey vocatur. Pœnam 5
hujus delicti, etiam de jur. Civil. ultimo vindicandũ eſſe ſupplicio in Lectionibus meis Curſoriis ſuper *l. transigere 18. C. de tranſact.* latè deduxi. vid. Dn. D. Struve / *d. Exerc. theſ. 32.* Quamvis poſt- 6
modum à Juſtiniano quoad uxorem fuerit immutata, vid. *Nov. 134. §. 10. Auth. ſed hodie. C. ad L. Jul. de adult.* cui conſentit *Ord. Crim. art. 128.* Rationes hujuſce diverſitatis vid. apud Dn. 7
Carpz. *d. q. 53. n. 11. 12. 16. 17. 18. 19. 20. & ſeq. ad 25. incluſiv.* concordat etiam jus Saxonicum. LandR. *art. 13 lib. 2.* Quamvis etiam in hoc adulterii genere pœna iſthæc mitigari queat, ſi pars innocens interceſſionem aut remiſſionem interpoſuerit. Dn. D. Struve / *d. Exerc. th. 33.* quod notabiliter limitat Magnific. Dn. Præſ. *Deciſ. 88. n. 89.* ſi ſc. aliæ concurrant circumſtantiæ. Quo- 8
niam vero hodie in terris Reformatarum Eccleſiarum Monaſteriorum uſus eſſe deſiit, ideò uxores adulteras hodie virgis cæſas rectè in perpetuum relegari dicit Dn. D. Carpz *d. q. 53. n. 31.* Ubi quoque elegantibus hanc ſententiam confirmat præjudiciis. ad. Petr. Heig. *p. 2. q. 29. n. 72.* Beuſt. *de jur. Connub. p. 2. c. 18. verſ. veteres Scabini.* Berlich. *p. 4. Concl. 27. n. 15.* Pingitz. *q. 45. n. 2.* Schneidew. *Inſt. de Nupt. tit. de divortio. n. 25.* In E- 9
lectoratu autem Saxon. utrique tam uxori quam marito pœnam gladii in hoc delicto dictari teſtis eſt Dn. D. Struve / *d. Exer. th. 33.* Dn. Carpz. *q. 54. n. 17.* vid. *Ord. Provin. de Anno 1543.* ſub tit. Von Straff des Ehebruchs. Quæ ordinario poſtmo- 10
dum Anno 1572. ab Auguſto Elect. Sax. renovata fuit & confirmata. Et ſecundum hanc ſententiam olim in Scabin. Lipſ. 11
reſponſum eſſe teſtatur Dn. Carpzov. *d. l. n. 26. ibi:* So möchten ſie vermöge Churfürſtl. Sächſ. Conſtitution alle beyde mit dem Schwerdt von Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W. (II)
Hic conſiderandus venit INCESTUS. Qui eſt coitus inter 12
conſanguineos vel affines, qui ex prohibitione juris matrimonium contrahere nequeunt. Dn. D. Struve / *Exerc. 49. th. 38.* Hoc propter deteſtandam libidinem inter delicta carnis atro- 13
ciſſima non immerito refertur, unde etiam vulgo Blutſchande

voca-

14 vocatur. Pœna autē hujuſce delicti, præſertim inter aſcendentes
& deſcendentes commiſſi, gladius dictari ſolet, in quo Dd. com-
muniter conveniūnt. Damhoud. *pr. crim. c. 94. n. 4.* Farin. *pr. crim.*
p. 5. q. 149. n. 14. & 16. Carpz. *pr. crim. p. 2. q. 72. n. 21.* Weſemb. *ff. ad*
15 *L. Jul. de Adult. num. 22.* Steph. *ad art. 117. Ordin. Crim.* Quæ
pœna etiam obtinet abſque ulla ſexus conſideratione. *Dn.* Car-
pzov. *d. q. n. 25.* ubi n. *29.* ita à Scabinis in caſu, quo filius cum
matre inceſtum commiſerat, Menſ. Maj. anno 1590. pronunci-
âſſe teſtatur: Haben O. R. eine Witbe / und ihr leiblicher Sohn
M. gütlichen ausgeſagt / daß ſie den Abend Martini vergan-
genen 89. Jahrs / und ſieder dehme zwier fleiſchlicher Unzucht
und Blutſchande mit einander getrieben / ꝛc. Da ſie nun beyde
auff ſolchem ihrem gethanen Bekäntnis vor Gerichte freywillig
verharrē / oder des ſonſten / wie recht / überwieſen würden / ſo möch-
ten ſie wegen ſolcher begangenen und bekandten Blutſchande mit
dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft werden / V. R. W.
16 Deinde etiam idem obtinet in avo & avia, proavo & proavia, ut
& nepote, nepte aliiſque deſcendentibus & aſcendentibus in
17 linea recta. Inter haſce etenim perſonas prohibitæ etiam ſunt
nuptiæ, & talis coitus non ſolùm inceſtuoſus, ſed & nefarius di-
citur. *l. fin. ff. de R. N.* Menoch. *de A. J. Q. lib. 2. caſ. 502. num. 1.*
18 *ſeqq.* Carpz. *d. l. n. 31.* Stephan. *ad art. 117. Ordin. Crim.* Un-
de vulgo dicitur, Adamum, ſi adhuc viveret hodie, non poſſe
in toto genere humano uxorem invenire, cum omnes in linea
recta ab eo deſcendant. *Gloſs. in l. nuptiæ. ff. de R N. conf. l. 10. ff.*
19 *de Senator l. 3. §. 6. ff. de aſſign. libert. l. 220. ff. de V. S.* Porro
etiam aſſertio noſtra procedit, etiamſi naturalis fuerit filia, qua
cum pater carnaliter ſeſe miſcuerit. vid. *1. Corinth. 6. verſ. 16.* B.
Dn. D. Gerhard. *in loco Theol. de Conjug. num. 282. Nov. 174. c. 1.*
Nov. 189. c. 9. Nov. 89. c. ult. N. 74. c. fin. Auth. ex complexu. C. de in-
ceſt. nupt. c. undecunq. diſt. 56. Carpz. *d. l. num. 35.* ubi *n. 38.* ita
20 reſponſum fuiſſe teſtatur. Neq; hic remiſſioni conjugum
quicquam indulgetur. Matth. Coler. *p. 1. deciſ. 174. n. 18.* Carpz.
d. q. n. 39. Etiam ſi mater vel filia ſit meretrix. Matth. Berlich.
21 *p. 4. Concl. 32. n. 4.* Carpz. *d. l. num. 43.* Et ſi Vaſallus hoc
delictum commiſerit, Feudo ſuo privatur, per text. *1. Feud. 15.* ibi-
que

que Nobiliſs. *Dn.D.* Schröter/Decanus h.t.Spectatiſſimus *in Privato Colleg.Feud.textuali.* & Matth.deAfflict,*in §.fin.n.84.* Schrad.
de Feud.119.c.3. n.1. Et liberi ex eo inceſtu nati omni paterna ſub- 22
ſtantia ſunt indigni,adeo,ut nec à patre alendi veniant. *Autb. ex complexu.C.de inceſt.nupt. Novell. 89. c.ult.* Dn. *D.* Struve/ *Exercit.30.theſ.79.* Nobiliſs. *Dn. D.* Johan. Jacob. Wiſſenbach. JC. Franeckeranus Celeberrimus. *Comment. ad Pand. de agnoſc. & alend lib.theſ.39. Dn.* Anton. Matthæus JCtus quondam Gröningenſis *de Matrimon. Diſſ.12. theſ.14.* Et hæc quidem vera ſunt 23
juxta Conſtit. Juſtinian. Canonico etenim jure inceſtuoſi liberi etiam ali jubentur. *c.5.in fin. x.de eo,qui dux. in matrim.* Dn. D. Struv/*d.th.79.* Palæot. *de Notb. cap.46.* Dn. *D.* Wiſſenbach.
d.th.16. Num vero legitimari poſſint, vid. *Dn. D.* Struv/ 24
Exerc.3.th.47. Farin. *de delict. carn. q.149.n.141.* Menoch. *de A. J.*
Q. caſ.502.n.63. De inceſtu inter collaterales vid. *Dn.* Car- 25
pzov.*prax.Crim.p.2.q.73. & affines q.74.* Dn. D.Struve/*Exerc.*
49.theſ.38. III. Jam ſequitur SODOMIA, quod fœdiſſi- 26
mum pariter ac deteſtabiliſſimum de jure humano non minus quam divino eſt delictum. Italis magis quàm Germanis noſtris notum. Joh.Schleid. *lib.21.comm.pag.652.* Martin. Chemnit. *p.3.*
Exam.Concil.Trid.pag.125. de cœlibatu Sacerdotum. Committi- 27
tur autem hoc delictum,ubi venus in alteram mutatur formam, amorque ibi quæritur,ubi non videtur,naturæque plane invertitur ordo. *l.31.C.ad L.Jul.de Adult.* Pœna hujus criminis de 28
jur. Civil. eſt ultimum ſupplicium. *d.l.31. l.1.§. qui puero.ff. de Extr. crim.& §. Item Lex jul. de publ.jud.* Gail.*de P.P. lib.1. cap.*
14.num.26. Dn. Carpzov.*q.76.num.6.* Rem. in Nemeſ. Carol. 29
art.116. Quæ tamen pœna per conſuetudinem generalem ubique ferè locorum hodie aggravatur, ita ut vel Sodomitæ vivi,vel cadavera eorum poſt mortem igne concrementur. Dn. D. Struve/*Exerc.49.th.42.* Damhoud. *pr.Crim. c.96.n.13.* qui etiam *c.98.n.15.* elegantes hujuſce pœnæ ſuppeditat rationes. Menoch. *de A.l. Q. caſ.286.num.23. & ſeq.* Dn. Carpz. *d.q.num.7.* Farin. *pract.crim.q.147.n.7. P. H. O. art.116.* ibi: So ein Menſch mit einem Viehe/Mann mit Mann/Weib mit Weib Unkeuſchheit treibet/die haben auch das Leben verwircket/ und man ſoll ſie der

gemeinen Gewonheit nach mit Feuer vom Leben zum Todte rich-
30 ten.. Abutitur autem quis Venere fere tripliciter (1) aut ſe-
cum (2) aut cum hominibus, aut (3) cum brutis. Dn. Carpzov.
d.q.76.n.9. Farin *p.5.q.147.n.2.* Damhoud. *pr. Crim.c.96.num.4.*
Menoch. de A. J. Q. *lib.2.c.286.* Steph. *ad art. 116. Ord. Crim.* pri-
mo caſu, ſi quis ſecretò propriis manibus, aliove ſeſe polluat in-
ſtrumento, ſicque maſtrupationem committat, relegatio aliave
pœna extraordinaria locum habet. Damhoud. *d.c.96. num. 61.*
Farin. *d q.147.n.39.* Pract. Conrad. *rubr. de Sodom. n. 3.* Dn. Car-
31 pzov. *d.q.76.n.10. & ſeqq.* Steph. *ad d. art. 116. Ord. Crim.* Imò
ob ejuſmodi crimen, circumſtantiis ſingulariter ita exi-
gentibus fuſtigationis pœnam fuiſſe dictatam teſtatur
32 Dn. D. Struve/*Exerc.49.theſ. 43. inf.* Secundo caſu, quan-
do (1) maſculus venerem exercet cum maſculo. *l. cum vir nu-
bit. C. ad L. Jul. de adult. Ord. Crim. d. art. 116.* ibi: Mann mit
34 Mann. ubi Steph. *(2)* quando mulier abutitur venere cum
muliere, *l. fœdiſſimam, ubi Gloſſ. & Salyc. C. ad. l. jul. de adult. Ord.
Crim. d. art. 116.* Ubi Matth. Steph. & (3) quando vir cum fœmi-
na præpoſteram exercet Venerem, cognoſcendo eam non in de-
bito corporis membro, aut non debito modo. *d.l.31. C. ad L. Jul.
de adult.* aliiſque, qui turpiores ſunt ac deteſtabiliores, quàm ut
homo pius ulla ratione eos ſcire debeat, præpoſteram Venerem
exercendo modis, capitis pœna dictatur; quomodo etiam pro-
nunciarunt Scabini Lipſ. in caſu, quo maritus Venerem in os
uxoris exercuerat; quin imò eandem ipſi quoq; Uxori maritum
admittenti & ſemen ex ore exſugenti adjudicarunt, An. 1562.
35 Menſ. Majo, teſte Dn. Carpz. *d.q.76. n. 26* Tertio vero caſu
homo cum bruto ſimul comburi ſolet. Ord. Crim. *art. 116.* ibi:
So ein Menſch mit einem Vieh/ ꝛc. Unkeuſchheit treibet/ der hat
auch das Leben verwircket/ und man ſoll ihn der gemeinen Ge-
wonheit nach mit dem Feuer vom Leben zum Tode richten. add.
Georg. Rem. & Matth. Steph. *ad d. art. Dn.* Struve/*Exerc. 49.*
36 *th. 9.* (IV.) Denique reſtat VIOLENTA STUPRATIO.
Stuprum alias eſt concubitus illicitus ſoluti cum fœmina ſoluta
ac honeſta. *l. 22. l. 29. C. ad L. jul. de adul. §. 4. Inſt. de pub. jud. Dn. D.*
Struve/*Exerc. 49. th. 25. & 26.* Simplex illud ſtuprum hodie pœ-

nâ car-

nâ carceris aut mulctâ punitur: & ſtuprator ſtupratâ aut dotare
& alimenta infanti præſtare, aut illâ in uxorem ducere tenetur.
Dn. D. Struve/ *d. th. 25.* aliquando vero pœnam ratione circum-
ſtantiarum majorem eſſe docet Magnific. Præſ. JCtus *d. deciſ.*
88. Aggravatur autem hoc delictum (1) propter *Violentiam.* 37
Illius pœna de jur Civ. eſt capitalis *l. 1. §. qui. puero. de Extraord.*
crim. l. 29. §. ult. ff. ad l. jul. de Adult. l. 5. §. ult. ff. ad L. jul. de vi publ.
§. 4. Inſt. de publ. jud. Berlich. *p. 5. concl. 41. n. 20.* ubi *n. 19. diſſentiētes*
confutat. Uti etiã de jure Saxon. Landr. *art. 13. lib. 2. & art. 2. lib. 3.*
Nov. Elect. Auguſt. p. 4. Conſt. 30. Ubi *Dn.* Carpz. Dan. Moller. Co-
ler. *deciſ. 176.* nec non Conſtitutionib. criminalib. P. O. H. *art.* 38
119. Num vero pœna dictari poſſit, quando quis cũ meretrice rem
habuerit, cum violentia, late & eleganter explicat Berlich. *p. 5.*
Concl. 41. n. 54. Farin. *de delict carn. q. 145. n. 135. & conſ. 33. n. 10. &*
ſeqq. volum. Covarr. *3. var. reſol. c. 14.* Mulier autem, quæ 39
tali modo ſtuprata eſt, nullam infamiæ incurrit maculam, ſed
inviolatæ exiſtimationis retinet privilegia: *l. 13. §. 7. l. 39. ff. ad L.*
jul. de adul. l. 20. C. eod. l. 1. §. 6. ff. de poſtuland. Usq; adeo, ut mulieri
quæ ante ſtuprum violentum, virgo fuerit, coronam virginita-
tis in capite portare liceat, eaque caput peplo obvelare haud
teneatur, Franſc. Pfeil. *Conſ. 147. cent. 2.* quomodo vero pro-
betur ſtuprum violentum vid. Damhoud. *pr. crim. c. 95. num. 9.*
Maſcard. *de probat. concl. 1417. n. 26. vol. 3.* Berlich. *p. 5. concl. 41.*
num. 67. & ſeqq. In quibus autem caſibus à Raptu diffe- 40
rat, tractare nobis integrum non erit, vid. Farin. *de delict. carn.*
tit. 16. q. 145. §. raptus n. 69. & ſeq. & n. 73. & q. 147. num. 26. Berlich.
d. l. num. 1. & ſeqq. Huc vel maxime etiam pertinet is, qui 41
virginem nondum viri potentem per vim ſtupraverit, Dn. D.
Struve/ *Exerc. 49. theſ. 40.* Dn. Carpz. *q. 75. n. 75. num. 29. 32. 56. &*
ſeqq. Hic etenim quin capitaliter ſit puniendus, dubium non
eſt, per *§. 4. verſ. ſi a. Inſt. de publ. jud. l. 38. §. 3. ff. de pœn.* Berlich.
p. 5. concl. 42. num. 5. quem omninò vide. Conſentit jus Saxon.
Landr. *lib. 2. art. 13. in med. & art. 64. pr.* Weichbild *art. 38. Nov.*
Elect. Aug. p. 4. Conſt. 31. Qua vero pœna afficiendus ſit is, 42
qui virginem immaturam ſine violentia ſtupraverit, non una
Dd. eſt ſententia; Nobis ea placet, quam defendit Berlich. *p. 5.*

concl. 41. n. 11. per text. in l. ſi quis aliquid. §. qui pondum. ff. de pœn. Damhoud. *pr. crim. c. 92. num. 8.* Jur. Saxon. in perpetuum
43 cum fuſtigatione relegatur. *Nov. Elect. Aug. p. 4. conſt. 31.* An vero ſtuprú violentum perfectum fuerit, judicio obſtetricum, aut aliarum honeſtarum ac peritarum fœminarum committitur judicio. *arg. c. 4. c. 14. X. de probat.* Maſcard. *de probat. Concl.*
44 *1418. & concl. 1130.* Aggravatur (II) hoc delictum propter
45 Perſonarum delinquentium qualitates. Sic tutor ſtuprans pupillam deportatione ac bonorum publicatione punitur. *l. 1. C. ſi quis eam, cujus tut. fuer. ſtup.* Farin. *d. tract. q. 147. tit. 16. num. 15.* Dn. D. Andr. Beyer, Diſp. Inaug. de Proſopolepſ. apud Magn. Dn. Præſ. *deciſ. 1. n. 105.* Azo. *in ſumm. C. ad L. Jul. de*
46 *adult.* Menoch. *de A. J. Q. caſ. 233. num. 13.* Sic ſervi occulte rem habentes cum dominâ ſeverius, quam alii puniuntur. *l. unic. C. de mul. quæ ſerv. prop.* Parentis filiam quæſtus causâ proſtituentis pœna eſt privatio patriæ dignitatis *l. 6. C. de ſpect.* imò capitalis. *Nov. 14. Ord. Crim. art. 121.* quod etiam de jur. Sax. obtinet, *Nov. Elect. Aug. p. 4. Conſt. 29.* qua pœna quoque teneri Maritum lenonem ceu adulterum, communis Dd. eſt ſententia. *l. 37. §. f. l. 2. §. 2. l. 8. l. 29. §. 4. & 5. ff. ad L. jul. de adul. Ord. Crim. art. 122. Novell. Elect. Aug. p. 4. Conſt. 29.* Dn. D. Struve / *Exerc. 49. theſ. 44.* Dn. D. Carpz. *p. 2. q. 71. num. 6.* Farin. *de tract. q. 144. tit. 16. num. 69.* Ubi hanc ſententiam ampliat & ſatis limitat. niſi aliter alibi receptum fuerit. Vid. Menoch. *de A. J. Q. q. 88. lib. 1.* Foller.
47 *pr. Crim. p. 2. verb. item quod fuit leno. n. 7.* (III) Aggravatur denique hoc delictum propter Personarum Stupratarum con-
48 ditionem. Propterea rem habens cum Duciſſa, Principiſſa &c. gravius delinquit, quam qui plebejam ſtuprat. Damhoud.
49 *pr. Crim. c. 91. n. 31.* Sic execrandus quoque libidinis ardor eſt, quãdo quis cum demortuâ ſeſe commiſcet fœmina, Idem *c. 95. n. 30.* furioſa, phrenetica, inebriata, vel dormiente, qui propterea pro arbitrio judicis; ſeverius quam alii puniendi ſunt. Matth. Berlich. *p. 4. Concl. 37.* Raptores itidem honeſtarum virginum aut viduarum capitis plectuntur ſupplicio. *l. unic. C. de Rapt. virg.* Dn. D. Struve / *Exerc. 49. theſ. 41. Ord. crim. art. 128.* Dn. Carpz. *1. q. 40. num. 27.* Sive concubitus ſequatur, ſive non. *d. l.*

un. l.

un. l. 5. C. de Epiſc. & Cler. Dn. Struv. *d. theſ. 41.* & in flagranti crimine deprehenſi impune occidi poſſunt. *d. l.* omniaque amittunt bona *d. l. un. §. ſi autem l. 54. §. bona autem. C. de Epiſc. & Cler.* plura de raptus crimine vid. apud Farin. *d. tract. q. 145. §. raptus. n. 2. & ſeqq.*

CAPUT IIX.
DE
HOMICIDIO, VENEFICIO ET PARRICIDIO.

ORDINIS à Compilatoribus ff. obſervati meritò poſtularet 1
ratio, ut de vi publica, & cæteris, quæ ibi tractantur, materiis
quædam adderemus; ſed quoniam juſto ac intentione noſtra
jam verboſiores fuimus, & præterea quoque quædam paſſim
dicta reperiantur, ideoque tandem ultimo hoc capit. tria, ea-
que ſplendida ſatis, breviter conſiderabimus delicta. (1.) quod 2
tractandum venit, eſt HOMICIDIUM. Hoc autem eſt crimen
publicum, quo homo à ſciente & volente occiditur. *l. 1. ff. ad
L. Corn. de Sic.* Formale in hoc delicto conſiſtit in doloſa occiſio-
ne. Dn. D. Struve *Ex. 49. theſ. 51.* & Diſſert. *de dol. culp. & caſ. th.
32.* Materiale autem in occiſione hominis. Homo autem dupli- 3
citer hîc conſiderari poteſt, vel (1.) reſpectu ſui ipſius. vel (2.)
reſpectu alterius. Illo modo aggravatur hoc delictum, ſi 4
quis ex deſperatione, ſceleris conſcientia, vel imminentis pœ-
næ metu ſibi ipſi violentas intulerit manus; quæ αὐτοχειρία ma-
le per *l. 9. §. 7. ff. de pecul.* veluti de jur. Civil. licita defenditur.
Eſt enim iſtiusmodi delictum contra jus divinum, Gentium, me- 5
ritò igitur & Civile. Guitierez. *lib. 2. quæſt. Can. c. 3. pr.* Hinc 6
hujusmodi αὐτόχειρ honeſta privatur ſepultura. *c. 23. q. 5. ibiq;
Gloſſ.* Nobiliſſ. Dn. D. Adrian Beyer, Fautor, & hactenus Præce-
ptor ſingulariter colendus, apud Magnif. Dn. Præſ. *deciſ. 1. n. 159.*
Guitier. *d. l.* nec ſolet lugeri. *l. 11. §. 3. ff. de his, qui not. inf.* & in
certis caſibus, quando ſc. de delicto ex cõfeſſione rei, vel aliis ma-
nifeſtis & liquidis probationibus conſtat, executio in cadaver
mortuum fieri poteſt, & ea pœna in aliorum terrorem afficitur,
quam vivus ſuſtinuiſſet facinoroſus, Heig. *p. 2. q. 37.* Menoch.

de A. I. Q. caſ. 285. Farin. de delict. & pœn. q. 20. Matth. Berlich.
7 p. 4. concl. 5. n. 99. Ideò quoque multis in locis non niſi per
carnificem ſub limine domus extrahi ſolet. Damhoud. Prax. Cri-
8 min. c. 90. n. 8. 9. Joh. Schneidew. in §. 9. Inſt. de R. D. No-
tanter autem diximus, ſi quis ex deſperatione &c. ſemet ipſum
9 trucidaverit. Quando etenim ex melancholia, impatientia
morbi, furore aut aliis cauſis αὐτοχειρίαν commiſit, tunc ea
ceſſant, nec Magiſtratus ſepulturam honeſtam ipſi denegare
debet. c. ea. c. ſi quis inſaniens. q. 5. arg l. 2. & 3. ff. de bon. eor. qui ant.
ſent. l. in fraudem. §. ejus pœnâ. ff. de jur. fiſci Damhoud. prax. crim.
c. 90. Dn. D. Struv. Exer. 15. th. 52. n. 6. Dn. D. Carpz. jurisp. conſiſt.
l. 2. def. 376. 377. 378. B. Dn D. Ungepaur. tract. de Autoch. membr.
10 8. de effect. Theol. Dn. D. Beyer. d. n. 159. Quamvis non o-
mnes aliàs conſuetas adhibendas eſſe ceremonias rectè mo-
neat Magnific. Dn. Præſ. in l. 2. C. de teſtam. nu. 75. 76. & ſeqq.
11 Guitierez autem d. l. n. 8. docet, nec illum, qui conſcientia de-
licti v. c. ſibi violentas intulit manus, honeſtâ privandum eſſe
ſepultura, ſi modo in agone mortis pœnitentiam agat. In du-
bio verò ſemetipſum ſeſe occidiſſe non præſumitur. arg. l. 51.
12 ff. de don. int. vir. & ux. l. 51. ff. pro ſoc. Ideò ſi in puteo vel
aqua mortuus fuerit repertus, per imprudentiam illapſus; in
carcere inventus à cuſtodibus carceris potius occiſus vel na-
turali morte interemptus præſumitur. arg. l. 1. §. ſi ſibi. ff. de SC.
Syllan. Menoch. præſ. 13. & A. I. Q. caſ. 284. Heig. p. 2. q. 36. nu.
34. & 35. Farin. de homicid. q. 128. p. 2. n. 73. Weſenb. in paratitl.
13 ff. de bon. eor. &c. Ubi hanc præſumtionem hæredibus
prodeſſe, donec Magiſtratus & cuſtodes ſeſe purgent, & aſſeren-
ti, quod quis in proprium ſævierit corpus, onus probandi in-
cumbere, tradit. add. Guitierrez. d. l n. 17. per text. in l. 2. l. 5.
14 l. 21. ff. de probat. Heredes itidem, ſi cauſam ſuſcipere, &
innocentiam defuncti oſtendere parati ſunt, audiendos eſſe pro-
bamus per l. fin. §. ult. ff. de bon. eor. &c. ubi Weſenb. in παρατ.
15 Hactenus homicidium ratione ipſius delinquentis conſidera-
16 tum. Sequitur jam, ut videamus quomodo in alium id ipſum
17 committatur & ſimul aggravetur. Hoc autem non uno contin-
git modo: (I.) ratione cauſæ (1.) Si non ex iracundia, aut alio
quo-

quodam animi impetu, ſed animo deliberato & ex propoſito
perpetretur; Quale homicidium haud abſimile eſt latrocinio,
cum quis nihil mali metuens, ab eo, quem inimicum ſuum non
norit, neque eidem reſiſtere poteſt, interficitur. Ideoque hoc
caſu factâ pœnæ executione cadaver rei Rotæ affigendum erit.
Dn. Carpz. *prax. Crim. p. 1. q. 7. n. 3. & q. 24. n. 7.* (2.) aggrava- 18
tur hoc delictum ſpe magnæ prædæ, & tunc eadem pœna lo-
cum habebit. Huc referri poteſt (3.) homicidium in fœmi- 19
na ſive ancilla imprægnata ab imprægnatore commiſſum.
(II.) Etiam *Perſonæ* patientis dignitas delictum hoc aggravat. 20
Sic (1.) eum, qui perſonam in dignitate conſtitutam interfece-
rit, graviori pœna affici vult Carol. V. P. H. O. *artic. 137. §. 1.*
verb. Und mag man in fürgeſetzten Mord/ ſo der an hohen treffli-
chen Perſonen thut/ durch etzliche Leibesſtraffe / als mit Zangen
riſſen oder Ausſchleiffung/ vor der endlichen Tödtung umb gröſ-
ſer Furcht willen die Straffe mehren. (2.) ratione perſonæ ag-
gravatur quoque homicidium in *Infante.* Quia enim ho- 21
micida ab hoc offendi planè non poteſt, neque infans eidem
reſiſtere, vel vim ac mortem imminentem avertere poſſit, ideò
gravius quoque & atrocius hoc efficitur delictum. Propterea 22
Menſ. Jun. Anno 1609. Inclyti Scabini Jenenſes militi cuidam,
qui trimulum miſerè interemerat, & ancillam inſuper, quæ in-
fantem portaverat, matremque vulneraverat, pœnam gladii,
ita tamen, ut Reus trahæ illigatus ad ſupplicii locum trahere-
tur, dictata fuit, teſtante Dn. Petr. Theodor. *in Colleg. Crim. Diſp. 7.
th. 7. lit. B.* (III.) etiam aggravatur ratione *loci*, quem quis 23
occidendi & nocendi animo eſt ingreſſus, *Dn.* Carpzov. *d. q. 24.
n. 39.* quo etiam referimus eum, qui in via publica aliquem a-
nimo occidendi exſpectat & interficit. Dn. Carpzov. *d. q. n. 46.*
(IV.) ratione *temporis*, veluti quod nocte committitur. *l. 16. §.* 24
5. ff. de pœn. Quamvis id ipſum in homicidio haud proce- 25
dere exiſtimet Dn. Carpz. *d. l. n. 53.* nec etiam pœnam homici-
dii in diebus feſtis commiſſi exaggerari docet. *n. 54.* (V.) ag- 26
gravatur ratione *ipſius facti qualitatis.* Sic gravius peccat, qui
cultro, quam qui baculo aliquem interficit, unde etiam jur. Sa-
xon. is, qui cultro aliquem vulneravit ſaltem, pœna capitali affi-
citur.

27 citur, Weichbild. *art.* 83. (VI.) denique etiam Eventus deli-
ctum hocce aggravat; quando ſc. poſt factam cædem Robbaria
ac ſpoliatio etiam commiſſa eſt, tunc quin & Rotæ pœna locum
28 inveniat dubium non eſt. Dn. Carpz. *d. l. n.* 77. Et hæc de ho-
29 micidio ſimplici, ejusque aggravatione ſufficiant. Paucis et-
iam (II.) videbimus *veneficium*, quod qualificatum dicitur homi-
cidium, & ſpeciale propterea meretur nomen. Hoc delictum
committitur, quando quis venena mala necandi cauſa vendit,
tradit vel propinat. *l. 1. §. 1. l. 3. ad L. Corn. de Sic. l. 1. C. de ma-*
30 *lef.* Dn. Struv. *Exer. 49. th.* 38. Pœna veneno occidentium
hodie eſt rota, Ordin. Crim. *art.* 130. Dn. Struve *d. l.* Dn. Carpz.
q. 20. n. 22. idque obtinet in maſculis; in fœminis verò ſuffocatio
aut alia quædam locum habet, quamvis etiam de jure Civ. pœ-
na gladii capitalis huic delicto atrociſſimo ſit conſtituta. *l. 1.*
pr. ff. ad L. Corn. de Sicar. §. eadem lege. Inſt. de publ. jud. l. 25. §.
31 *9. ff. de pœn.* Jure Sax. Venefici, qui venenum alicui mini-
ſtraverunt, igneis flammis in craticulam exuruntur & concre-
mantur. LandR. *lib. 2. art.* 13. Coler. *p. 1. deciſ.* 180. Carpzov. *p. 1.*
q. 20. n. 18. Berlich. *p. 4. concl. 26. n. 4. 11. & 12.* add. Conſt. Elect.
32 Sax. *18. p. 4.* Quæ igne puniri jubet eos, qui paſcua veneno
inficiunt; (quam pœnam etiam fœminam quandam, quæ in
campis ubera vaccis præſciderat, & ſmegmate illarum reple-
verat ora; quibus ideò ſpumantibus, incautis perſuaſerat ruſti-
colis, in promptu ſibi adeſſe remedium huic malo (quod finge-
bat) medendo ſufficientisſimum igitur non niſi purâ ſaltem
aquâ, quâ ora vaccarum ſpumante, ſmegmate facile ablue-
bantur, adhibitâ haud exiguam ruſticis doloſe extorſerat pe-
cuniam, ante quadriennium Gröningæ ab Illuſtri & Potenti
Ejusdem Senatu adjudicatam, ſuſtinuiſſe memini) multo magis
tali pœna digni erunt, qui hominem veneno necant. Dn. Carpz.
33 *d. q. n.* 19. Pœna etiam capitalis de jure divin. approbata
eſt, *Exod. XXII. 18. Levit. XIX. 27. & 31. & XX. 6. Deuter. XVIII.*
34 *10. 4. Reg. XVII. 4.* Tenentur quoque & illi, qui venena do-
loſe ac animo necandi vendunt, Dn. Carpz. *d. q. 20. n. 5.* Si ve-
rò absque dolo vendiderint hominibus imperitis, pueris, ſervis,
aliisque, tunc arbitrarie puniuntur. Sic Illuſtrem huncce Sca-

bina-

binatum Jenenſ. Pharmacopolæ cuidam, qui prægnanti mulieri venenum vendiderat, pœnam 100. aureorum dictâſſe teſtatur Nobiliſſimus Dn. D. Schröter/Decanus, *in Colleg. priv. Weſenb. ad tit. de Empt. & vend.* Cautè igitur iſti in venditione veneni 35
agere jubentur. *Ordin. Crim. art. 37. §. ult.* Dn. D. Struve/*Ex. 23. th. 28. num. 2.* Dn. Carpz. *d. q. 20. n. 7.* Hippol. à Marſil. *in l. 3. ad L. Corn. de Sicar.* Conſil. Altorfin. *31. 32.* Huic qualificato 36
delicto affine (III) deniquè eſt PARRICIDIUM, quod eſt homicidium in perſonas conjunctas commiſſum. Sunt vero conjunctæ vel ex cognatione, vel ex affinitate, vel ex conjugio. Parricidii in linea rectâ à liberis ſeu legitimis ſeu illegitimis ſeu 37
adoptivis in Parentes; vel à parentibus in liberos commiſſi pœna eſt culei ſeu ſuffocatio, &, ubi aqua deficit, rota. vid. *l. pen. ff. ad Leg. Pomp. de parricid. l. unic. C. de iis, qui parent. vel. lib. occid.* P. H. O. *art. 131.* Theod. *Diſp. 7. th. fin. lit. G.* Dn. Struv, *Exerc. 49. th. 68.* Dn. Carpz. *1. q. 8. & 9.* In linea verò Collaterali inter cognatos proximiores, ut & inter affines proximiores; nec non inter Conjuges commiſſi pœna eſt gladius, ut tamen reus ignitis forcipibus aduratur, vel trahæ illigetur. *Ord. Crim. art. 137. in f.* Theod. *d. l.* vid. Dn. Carpzov. *q. 12. & ſeqq.* Magnificus Dn. D. Struve/JC. eminentiſſimus *d. theſ. 68.* Hæc ſunt, quæ pro 38
ratione inſtituti noſtri de aggravatione delictorum pro Inaugurali noſtra Diſſertatione conſcribi placuerunt. Plura ad- 39
huc eaque accuratiora addi poſſe haud inficiamur; verum nobis ea, etiamſi vellemus, prolixius perſequi, neceſſarius, qui imminet, ex Salana hacce prohibet abitus. Faxis itaque Lector Can- 40
dide, ut amica hæc intuearis fronte, iisque, quæ abeſſe putas, benevolis conniveas oculis.

SOLI DEO GLORIA.

Mendæ, quæ præter ſpem irrepſere, & ſenſum quodammodo obſcurum reddunt, ita corrigantur. In Dedicat. lin. 6. lege conſervandam pertinent. *In Prœm. lin. 8. pro* t. *lege* f. *Cap. 4. n. 2. del.* de jur. Civ. *& pro* ſequutos *lege* ſequuturos. Cap. 7. n 5. del. *vindicandum*, & leg. *ultimum eſſe ſupplicium. Cætera ob chartæ inopiam corrigi non poſſunt, quidquid e a æquo ſuſtineantur animo obteſtor.*

AUfugiunt delinquentes formidine pœnæ;
Tu de delictis tractas virtutis amore.
Gratulor hos auſus, gravior dum pœna malignis
Infertur, ſummos tu ritè capeſſis honores.

Gratulab. ſcrib.

JOHANNES CHRISTOPHORUS Falckner/
J. U. D. Prof. Publ. h. t. Academiæ Rector.

Nobili atq; CL. V.

DN. CHRISTOPHORO Feidler/
J. U. Ddo.

Pro ſummis in Utroque Jure privilegiis publicè diſputaturo S. P. D.

INcluta Te docuit Gröninga, aſt noſtra Salana
Plus favet, ac ſtudiis præmia clara dabit.

Singulari benevolentiæ teſtandæ LMQ. ſcribebam

JOH. ERN. GERHARDUS, SS. Theol. D. & P. P.

I Pede felici, FEIDLERE, atque ampla reporta
Præmia, quæ Themidos porrigit alma manus.
Sic vixiſſe juvat Jenæ, ſic incubuiſſe
Uſque juvat ſtudiis, ſic abiiſſe juvat.

CL. Dn. Candidato, amico ſuo chariſſimo novellos honores ex animo gratulatur

SEBASTIANUS Nieman / *SS. Th. D. & Prof. P.*

QUi pejora gravat metuendo crimine facta,
Hunc Nemeſis rurſum ferrea pœna gravat.
Id dum diſquiris, ſtimulat te diva Themiſtis,
Inde labore refers præmia digna tuo.

Clariſs. Dn. Candidato honoris & benevolentiæ c. f.

PRÆSES.

Dum,

Dum, FEIDLERE, doces, quî facta graventur iniqua,
Te DEUS omnigenis compleat, opto, bonis!

Clariſſimo Dn. Doctorando
gratulatur

GEORGIUS ADAMUS Struve/ D.

CLARISSIMO
DN. FEIDLERO, J. U. Doctorando digniſſimo, Amico ſuo percharo.

Dum FEIDLERE doces, queî crimine pœna gravetur
Inde probas ſolidè quod noſti Jura Themiſtos.
Hæc Tibi pro niſu majores ſpondet honores,
Quos ego cum reliquâ precor imô ex corde ſalute.

ERNESTUS FRIDERICUS SCHRÖTER,
J. U. D. P. P. ac h. t. Facult. Jurid. Decanus.

J. J.

Cur addenda ſuis Autores carmina ſcriptis
poſcunt? dic cauſam, candida Fama, mihi!
Nonnulli laudes: at quidam ſigna favoris
expectant: mori morem aliique gerunt.
Has tres conjungis, Fautor cariſſime, cauſas:
dum mea ſincerô carmine corde petis.
Juridicina Tuos commendat juris Alumnis
ausûs, affixas publicitusque theſes,
atque ſui ſpondet Tibi ſigna favoris; honeſtum
& morem in Praxi poſtea amica geret.
Hinc Themidis juſſu placido, Famæque ſerenæ
Te plauſu affari ſic mea Muſa cupit:
CHRISTOPHORUS dignus Doctoris honore, graduque
Feidler/ doctorum dignus amore Virûm.
Ut Patriæ proſit permultos ſoſpes in annos,
atque ipſi rurſus Patria, corde precor.

ADRIANUS BEIER, D.

Quan-

Quanto peccatum majusve minusve putandum
Absq; Geometricâ, FEIDLERE, metiris amuſſi.
Non tamen absq; Mathematicis rationibus, omne
Queis in Romano ſtrictum jus nititur orbe.
Gratulor, & ſummos quos Culpæ-menſor honores
Jure tuo aſſequeris felices ominor eſſe.

L.M.Q f.

ERHARD. WEIGELIUS Math. P. P. Alumn. Inſpect.

Quòd ſis honorum nobilium capax,
Hæc, Eruditi non malè colligent,
Obſcura lecturi explicata,
Ut referasque citò vovebunt.

Hiſce Nobiliſs Dn. Doctorando gratulatur

M. ANDREAS Stein.

GRöningæ dudum toleraſti ritè labores
Phœbi; jam confert præmia pulchra tibi.
Vernantem laurum donat Jenenſis Apollo,
Quâ cincto Muſæ Calliopeq; canunt:
Floreat & vigeat FEIDLER poſt fata ſuperſtes,
Sitq; patris patriæ gloria lausq; decus.

Hiſce gratulatur Clariſſimo Dn. J.U. Licent.

M. NUMIDIUS Schröder/
Auricâ Friſius.

Legum latarum Statuas potuiſſe peritis
Olim Romanos, littera priſca probat.
Hos inter numerat FEIDLERUM Splendida Jena,
Qui dextre in Cathedra jura probanda docet.
Hæc ſtatua ut Tibi ſit, Patriæ, Generique coruſco
Utilis, atque decus mente pia voveo.

Nobiliſſ. atq; Clariſſ. Dn. Doctorand. f.

HENRICUS CONRADUS Tölicken/
Jevera-Friſius LL. Stud.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE